DISPUTATIO INAUGURALIS
De
JURE AUXILII,
QUAM

Divinâ Favente Gratiâ;

DECRETO & AUCTORITATE

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMIQ; JCTORUM ORDINIS IN ANTIQUISSIMA ET CELEBERRIMA HEIDELBERGENSI ACADEMIA.

AUSPICIIS

VIRI MAGNIFICI, EXCELLENT. ET CONSULTISSIMI,

DN. JOH. FRIDERICI BÖCKELMANNI,
J. U. D. Pandectarum Profess Ordin. & p t. Facultatis Decani Spectatissimi, Electoralis Curiæ Aulicæ Assessoris dignissimi, Promotoris & Fautoris sui ætatem venerandi.

Pro

LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES, PRIVILEGIA ET INSIGNIA RITE CONSEQUENDI.

Publicæ Eruditorum Censuræ subjicit

DIETERICUS Langerman Hamburgensis.

Ad diem Maij, horâ locoq; solito.

HEIDELBERGÆ,

Typis ADRIANI WYNGAERDEN, Academiæ Typographi, Anno M. DC. LXIII.

VIRIS

Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis & Consultissimis

DN. NICOLAO JARREN, J. U. L.

DN. PETRO LUTKENS, J. U. L.

Inclytæ Reip. Hamburgensis CONSULIBUS gravissimis, Affinibus suis & Patronis plurimum venerandis.

Admodum Reverendis; Nobilissimis & Consultissimis

DN. JOH. FREDERICO GRONOVIO, J.U.D. In celeberrima Lugdunensi Batavorum Academia Græcæ Linguæ & Historiarum Professori Ordinario, Templi Cathedralis Hamburgensis Canonico dignissimo, Consobrino suo plurimum colendo.

DN. LUCÆ LANGERMANNO, J. U. D. Ejusdem Templi Cathedralis Canonico dignissimo, Consobrino plurimum honorando.

Nobilissimis & Consultissimis

DN. ERICO WORDENHOFF, J. U. L. Reip. Hamb. Senatori Primo meritissimo, Patruo magnopere venerando.

DN. HENRICO SCHROTERING, J. U. L. Reip. Patriæ Secretario fidelissimo, Affini omni honoris cultu prosequendo.

Hanc Disputationem Inauguralem cum devotâ sui commendatione

D. D. C.

AUCTOR.

J. N. J.

PROLEGOMENA.

IN hominum humana ponderantium oculos, totum illud humanæ societatis corpus si spectent, veneranda & augusta quædam species incurrit. Sed fac nos singulos, quid sumus? Præda animalium & victimæ vilissimus & facillimus sanguis, quoniam cæteris animalibus in tutelam sui satis virium est. Quæcunque vaga nascuntur & actura vitam segregem, armata sunt: hominem imbecillitas cingit: non unguium vis, non dentium terribilem cæteris fecit. Quid igitur mirum, si ex hujus infirmitatis contemplatione, tanto ardore societatem appetat homo? quæ cæteris omnibus obnoxium, validissimum & qui par esse nulli posset, si diduceretur, cunctis superiorem reddit, hac juvatur, hac conservatur & licet nihil juvaretur ac sibi sufficeret, eam appeteret tamen, ne sermo ipsi esset otiosus, deinde, ut quæ habet commoda, ea cum aliis communicaret, aut saltem iis demonstraret; Auxilium n. se putat adjunxisse, qui cum altero rem communicavit *Cic. pro Corn. cap*. 23. Bonum enim est communicativum sui, & naturaliter gaudia testem requirunt, & omnis congressus spontaneus vel egestate mutua conciliatur, vel captandâ gloriâ, unde referre congredientes student vel commodum aliquod, vel æstimatio-

mationem & honorem; Commodum ex aliis, honorem benefaciendo cæteris. Sic qui ſocium admittit, vel vicinum, neceſſe eſt aliquid ei tribuat, aliquid id illo ferat & ſibi minus indulgeat, ut eadem viciſſim conſequatur à ſocio: Qui contubernalem adſciſcit neceſſe eſt partem cubiculi ei permittat, qui conjugem, lecti, & ſic quod quisque poteſt alter alteri communicet. Non n. nobis ſolum nati ſumus, ſed ortus noſtri partem patria, partem parentes vindicant, partem amici, atq; ut placet Stoicis, quæ in terris gignuntur, ad uſum hominum omnia creari, homines autem hominum cauſa eſſe generatos, ut ipſi inter ſe alii aliis prodeſſe poſſent: in hoc naturam debemus ducem ſequi, & communes utilitates in medium afferre mutatione officiorum, dando, accipiendo, tum artibus, tum opera, tum facultatibus divincire hominum inter homines ſocietatem, ut *Cic. lib.* 1. *Offic.* præclare ait. Imitatores ſaltem mutorum animantium ſint homines, auxilia aliis ferre edocta quæ norunt. Canes domus defenſores ſunt, quin & pro heris moriuntur; qui greges comitantur, depugnant ad mortem uſque ut paſtores illæſos præſtent: quod ſi à terreſtribus non ſatis edocemur, tranſeamus ad volucres, qui per terras mariaq; volitant victum ſoboli ſuæ quærentes. Iam inter hominem & brutum hoc maxime intereſt, quod hæc tantum ad ea ſolo naturæ impetu ferantur, homo autem qui rationis eſt particeps, quid ad vitam ſuſtinendam & conſervandam neceſſarium ſit apprimè cognoſcat ſecumq; perpendat. Quanto magis ergo homo ſocietatem appetit, qui in id natus eſt, bene ut aliis faciat, ut quæ illi natura conceſſit, alii negavit, communicare poſſit, mutuamque vicem experiatur: Eos enim conjungi neceſſe

eſt,

eſt, quorum alterum ſine altero eſſe nequit. Nam quo alio tuti ſumus, quam quod mutuis juvamur officiis? hoc uno inſtructior vita contraque incurſiones ſubitas munitior beneficiorum commercio ait *Senec. de Ben.* Hæc primo humanitas & mutua patientia ſocietatis humanæ conſervandi cauſa comparata poſtea in jus tranſiit, ita ut jure alter alteri ſubvenire teneatur, quod jus præſenti hac Diſputatione quantum per nos fieri poteſt breviter pertractabimus.

SECTIO I.

Cum ante omnia de Notatione vocabuli conſtare, *Homony* ejuſque ambiguitatem, quæ multorum errorum mater diſcutere oporteat, recte faciemus, ſi & nobis hunc ordinem proponamus, ita ut primo ſignificatione vocis conſiderata poſtea rem ipſam aggrediamur.

SECTIO II.

Sumitur autem vocabulum Auxilii vel generaliter vel ſpecialiter. Specialiter ſumptum eſt vox militaris, quâ denotabantur extraneorum copiæ ac opes quæ belligerantibus ſubſidio veniebant, *Veget. de re milit.* ait: Auxilia conducebantur ad prælium ex diverſis muneribus venientes, hi legionibus tanquam levis armatura in acie ſubjungebantur, ut in his præliandi magis adminiculum eſſet, quam principale ſubſidium. Dictum extraneorum copiæ, olim enim differentia apud Romanos erat, inter ſocios atque auxilia; Socii dicebantur Italici: Auxilii gentes externi. *Lipſ. l. 1. de Milit. Rom dial.* 7. quæ differentia tamen non adeo ſtrictè fuit obſervata in uſu loquendi, interdum enim proprias vires aut etiam ſociorum, auxilia appellarunt, *ut apud Juſtin paſſim & Florum. lib. 2. cap. 8. Iul. Cæſ. lib. 3. de Bello Civ.* 106. Notandum

 inſu-

insuper hoc vocabulum ea significatione positum ferè semper in plurali numero inveniri. Generaliter sumitur pro omni ope, subsidio, præsidio, adjumento, adminiculo, adjutorio, subventione, quod alter fert alteri. Et hæc propria maxime & instituto nostro conveniens acceptio vocis.

SECTIO III.

Notatio Utraque significatio descendit secundum Varronem *lib.4 de ling.lat.* ab auctu, quasi quod vires alterius à præstito auxilio augeantur.

SECTIO IV.

Et sic considerata notatione vocabuli (more non tantum Philosophorum *Cic. lib. 1. Off. & lib. 2. de Fin.* sed & JCtorum, *& quidem in l. 1. pr. de Iust. & Iur.* ibi. Definitio Juris. *l. 10. eodem.* ibi: Definitio justitiæ, *l. 1. de LL. l. 4. de Stat. hom. l. 1. de in jus voc. l. 1. §. 2 de Pact.* aliisque innumerabilibus locis) à definitione initium hujus disputationis nostræ sumemus, quæ est fax & anima totius tractationis, quâ rectius perceptâ totum rectius percipitur negotium. *Calv. Lex. de Jurisdictione pag. 101.* Nihil morantes illud JCti, *l. 202. de R. I.* quod omnis definitio periculosa sit, & quod parum sit quod non subverti possit.

SECTIO V.

Definitio. Est igitur Auxilium præstatio legitima hominum mutua, qua humana societas alitur & conservatur. Vocabulum Præstationis loco Generis positum hic latissimè accipimus, ita ut in se comprehendat omnem actum homi-

nis,

nis, qui fit alterius commodi causa, cum alias specialiter hoc sumptum sæpè in jure nostro reperiatur, *ut in l.* 23. *de R. I. & l.* 5. §. 2. *ff. Commod.* Diximus Legitima ut excludamus auxilium illicitum, quod nullo jure fit: de quo infra Sect. 17. Cæterum cum vox legitima in jure nostro sæpè latius, sæpè strictius accipiatur, nos illud hic latissime, ut ex quolibet jure, sive scripto, sive non scripto descendens intelligatur, accipimus, legitimumque auxilium illegitimo & injusto opponimus. Hominum, ut excludamus illas, quæ à brutis animalibus fiunt, cæco quodam naturæ impulsu ductis. Effectum diximus conservationem societatis & sic generis humani esse. Et hoc quidem communi Philosophorum calculo approbatum est, virtutem unitam longè potentiorem, indeque ad conservationem cujuslibet Universitatis multo utiliorem magisq; frugiferam esse, quam dispersam ac singularem *Patricius lib.* 1. *de Reg. tit.* 13 *Melch. Iun quæst. polit.* 4. *rat.* 5. Sic quanta difficultate conjuncti fasces rumpantur, Scyluri tela satis superque docent. *Paulus Jovius lib.* 32. *Histor.* de Germanis laudatissimè refert, eos mutua ope & sanctimonio liberalis amicitiæ jure seipsos ab injuria potentiorum facile defendisse. Contrarium experta est Lais in terra Sidoniorum *Iud. c.* 18. quæ facile ab Israelitis victa fuit, quod neglecta societate à nulla gente auxilium impetrare potuit. Ita & Constantino Palæologo Imp. Constantinopolitano fœdus & auxilia Venetorum in præsentissimo periculo respuenti, à Turcis universum Imperium Orientale ademptum est, *Fesch. dissert. de Fæder.*

 th 1.

th. 1. Nam mutuus verorum amicorum conſenſus & auxilia humillima eos adeo cóglutinant, ut fortiſſimis etiam reſiſtere poſſint. Atque hoc quidem naturæ optimè congruere videmus, quæ ideo homini non unam, ſed duplices manus, non unam ſed binas aures, non unum ſed geminos oculos tribuerit, ut melius ſc: propagaretur officium, quod duorum ſocietate complere oportuit. *Caſſiod. Ep.* 3. *Melch. Iun. quæſt. polit.* 74. *p.* 2. Quod etiam eleganter innuit Chryſoſtomus in *Pſalm.* 134. Dextras inquiens à Deo habemus ut & nobis ipſis & aliis injuria affectis opem feramus, ut ſcelera de medio auſferamus, & his quibus violentia & detrimentum affertur portus ſimus, ſicque conſervetur humana ſocietas.

SECTIO VI.

Diviſio. Sic definitum auxilium non incommode dividi poterit in Publicum & Privatum. De Privato inferius

licum Sectione XI. dicemus. Publicum eſt quod, vel Officii

ilium, dignitatisve ratione omnes Magiſtratus, ut eorum munia & poteſtatem neceſſario comitetur & inſequatur, *Rec. Imp. de anno* 1350. *Auguſt. erecto.* § 10. Von Amptswegen & § *ſeq. verbis.* auf auſſerlegtem Käyserl: Ampt zc vel ratione ſubjectionis omnes ſubditi, præſtare tenentur. Et illud quidem potiſſimum in protectione & defenſione ſuorum conſiſtit, adeoque faſcibus & Imperiis quorumlibet Dominorum annexum & conjunctum eſt, ut ab initio ſtatim cum dignitate & officio, abſque ulla recuſatione præſtari debeat, unde & Neceſſarium appellatur per *Gylm.* 1. *Deciſ.* 1 *num.* 24. & *ſeq* adeo, ut quibus incumbit, illi nequidem juramento ab ea ſeſe liberare poſſint, *arg. cap.* 12. *X. de foro competent. Aug. Bero. conſ.* 8. *num.* 16. *quem refert & ſequitur D. Hepink. diſſert. de jure protectio-*

tectio-

tectionis th. 8. in not. lit. B. Adde votum in causa Revisionis. N. contra B. quod habetur Symphor. tom 1 part. 3. vot. 23. & apud Thilm. de Benign. Syntagm. 2. decis. 4. vot. 3. n. 56 §. ad hunc quoq; punctum daß Geklis. Quod ipsum eleganter ex recentioribus nuperrimè attestatur Iohannes Iacobus de Walhausen in *tract. de defensione patriæ*, oder Landesrettung / *lib. 1. c. 1. ubi scribit*: Daß einer jeden Obrigkeit sie seyen in geistlichen oder weltlichen stande gesetzt defensio sui suorumq; subditorum, die beschützung seiner Underthanen nicht allein zulässig und juris divini & naturalis seye / sondern auch einer jeden Obrigkeit / welcher von Gott Unterthanen zu regieren anvertrawet und untergeben sind / aufferlegt und befohlen werde / solche zu schützen und zu schirmen. Idem tradit *Ferd. Vasquius illust. lib. 1. cap. 41. num.* 20. ubi tradit: Communi DD. opinione receptum esse, quod Magistratus hac lege & cõventione censeatur esse datus, ut curam subditorum gerat, & defensionis ministerium illis præstet, nec hac in re periculum etiam vitæ pertimescere debeat. *caus. 8. quæst. 1. cap 13. caus. 23. quæst. 8 cap. 8.* Huc etiam spectat quod Cic. docet *in Orat. pro Sext* Sudandum inquit est iis qui Magistratum gerunt pro communibus commodis, adeundæ inimicitiæ, subeundæ sæpe pro Rep. tempestates, cum multis audacibus, improbis, non nunquam etiam potentibus dimicandum. Exinde laudem gloriamque affectat Justinianus noster cum ait: Omnes nobis dies ac noctes contingit cum omni lucubratione degere, semper volentibus, ut aliquid utile & placens Deo à nobis Collatoribus præbeatur, & non in vano vigilias ducimus, sed in ejusmodi eas expendimus consilia, pernoctantes & noctibus sub æqualitate dierũ utentes, ut nostri subjecti sub omni quiete consistant sollicitudine liberati: Nobis in nosmet ipsos pro omnibus cogitationẽ suscipientibus.

Per omnem namque curiositatem & inquisitionem subtilem discurrimus illa agere quærentes, quæ utilitatem nostris subjectis introducendo, omni eos onere liberent & omni damno extrinsecus illato. *Nov.* 8 *inpr. vid. l.* 1. *C. de Præf. Præt. Afr. Inst. in præm & passim.*

SECTIO VII.

[Im]perator. Ad hocce Publicum Auxilium astringitur omnium primo Caput & Administrator totius Imperii Romano Germanici Imperator, *per not. à Restauro Castaldo. de Imper. quæst.* 52. *Peregrin. de Iure Fisci. l.* 1. *Tit.* 1. *n.* 40. *& seq. Besold. in Colleg. polit. claß.* 1. *disp* 9. *th.* 2. *&* 7. *Iust. Mejer. in disp. Iurid. polit.* Quomodo Imperator sit mundi dominus, *th.* 4. *Vasquius. controv. illust. l.* 1. *c.* 51. *num.* 72. Imperialem inquit cumprimis solertiam decet, ita totius & universi curam gerere, ut Imperii utilitas incorrupta persistat, & singulorum status illæsus conservetur, *cap.* 1. *de Prohibit. feud. alien. per Frider. text. in* §. 1. *inpr. de Hered. & Falcid.* §. 1. *auth. de Armis. Gail. de Pac. publ. l.* 1. *cap.* 1 *n.* 1. Inde Homerus Jovem patrem appellat, eo quod regnum paternum Imperium esse debeat, adde *Aristot.* 8. *Eth.* 12. Hic omnium & singulorum, qui in territorio totius orbis Romani existunt, protector, adjutor & conservator est, *juxta explanationem Bertazolÿ in addit. ad cons. Bart. Restaur. Castald. de Imper. quæst.* 97. *n.* 2. *& quæst* 52. *n.* 3. Quod etiam ipsi Imperatores de se profitentur, qui paterno affectu dicunt se prosequi Imperium & ejus cives, *R. I. de an.* 1548. *in pr.* ibi: Auß sonderlicher Vätterlicher Liebe / Trew und Zuneigung *R. I. de an.* 1555 §. Demnach *de an.* 1546. §. Nichts destoweniger *de an* 1541 §. Vnd diewell. *& de an.* 1542. *& de an.* 1654. *in pr.* & passim in constitutionibus. Ad hoc ut tantò

arctiori

arctiori Imperatores constringerentur vinculo, jurejurando inter ll. Imperii fundamentales illud promittere necesse habent. Testes ejus rei sunt tot Cæsarum Capitulationes. Et sic post alios Invictissimus Imp. Leopoldus promisit: Davon einem oder mehr Ständen des Reichs / oder auch frembden Regenten / ein frembdes Kriegsvolck in oder durch das Reich / weme sie auch gehören / unter was schein oder vorwand es immer seyn möchte / geführet würde / dasselbe wollen wir mit Ernst abschaffen / gewalt mit gewalt hindertreiben / und den beleidigten Ständen / unsere Käyserl: Hülff handbiet und Rettungsmittel kräfftiglich widerfahren / und nach inhalt der Reichssatz- und executions Ordnung gedeien lassen. *Capitulat. Imp. Leopold. artic.* 13. *& passim.* Et quidem merito; Nihil enim honestum magis, nihil magis Christianum, magisque gloriosum, quam egentibus auxilia præstare, & iis succurrere qui in periculo versantur. *Besold. dissert. de Iure fœd. cap.*4. *num.*12. *Herm. Kirch. disp. de Rep.* 17. *th.* 1. *lit. A. & B.* Atque hoc etiam, fide tamen exigua, æmulatur Imperator Turcicus, qui ideo aulam suam portum & asylum omnium oppressorum inscribit. *Soran. in Ottom.* Imo nemine etiam flagitante ex officio Cæsareo oppressos juvare, eisque jus & justitiam administrare tenetur, *R. I. de anno* 1564. §. Dieweil dann solcher. *ibi*: Uns aber als dem Haupte in alle wege gebühren wolte / ob schon gar niemand bey uns anhielte / dannoch nicht zu feyren / sondern für uns selbsten die Frommen zu schützen und zu schirmen. Et hoc si omittat imperio privari potest: Sic Wenceslaus Imperator Caroli IV. Filius ab Imperii Septemviris anno Christi 1378. imperio deturbatus. Et Childericus Gallorum Rex ignavus à Papino regno spoliatus, in monasterium detrusus fuit. *Prukman. de Regal. cap. fin. in fin. Vasq. illust. controv. cap.*1. *num.* 8. *& cap.*5. *num.*10.

per l. 1. §. *Quod si nemo. ff. Quod cujusq; univ. nom. Mynf. consf.* 19 *num.* 6.

[…] Imp. al-[…]ius Prin-[…] subdit. […]uam pro-[…] susci-[…]re possit.

§. 1. Jam ex hisce, quæ dicta sunt de generali Imperatoris protectione oboritur Quæstio: An Imperator etiam habeat protectionem in alterius Principis subditos; aut, An alterius Principis subditi se in protectionem seu clientelam Imperatoris submittere, aut auxilium ejus implorare, sine violatione juris Domini sui possint? Resp. Quod sic: Antea enim generalem protectionem in omnes habet, quod est supremæ majestatis officium proprium, Daß keiner über recht beschweret oder rechtloß gelassen werde. *R. I.* zu Augspurg *de anno* 1530. §. Item, Wir hie bevor. *ibi*: Und aber uns als Römischem Käyser gebühret einsehens zu haben / daß niemand das seine mit gewalt wider recht entzogen / ꝛc. *& in eadem constit. præced.* §. Weiter nachdem *ibi*: Als einem Christlichen Käyser der rechts niemand weichern soll. *Gail. Obs.* 54. *n.* 7. Hinc Imperatores sæpe privatos subditos in speciale solent recipere protectionem. (Tale Privilegium à Rudolpho II. Imperatore pro se, uxore, liberis, famulis, subditis & hominibus se impetrasse an. 1610. die 15. Sept. testatur Math. Wehner. *in Pract. obs. verb.* Schirmbrieff) neq; subjectioni immediatæ ullum inde generatur præjudicium. Subordinata enim non contraria sunt Protectio Imp. & Statuum, ut post alios concludunt *Afflict. Decis.* 265. *num.* 107. *Molin. Tit.* 1. §. 1. *gloss.* 6. *num.* 12. Nec obstat: quod nemo potentiorum patrocinium implorare debeat, *l.* 1. *Cod. Ne liceat potentioribus. l.* 1. *C. Ut nem. ad suum patrocin.* Loquuntur enim dicti textus non de Imperatore, qui jam ante hac generalem protectionem in omnes habet, sed de extero, cujus patrocinio se

nemo

nemo ſubmittere ſeu auxilium ejus implorare debet, quod tamen etiam licet, ſi Dominus eorum ſit Tyranuus ex ſententia Bodini *lib. 2. de Rep. cap. 4. Conf. Gail. 2. Obſ. 61. n. 9. & ibi alleg.* Sed & hoc caſu rectius ad Imperatorem etiam ſe conferet, & mandata S. C. in Camera vel ab Imperatore impetrabit, quibus Domini ſub pœna Banni, amiſſionis jurisdictionis, vel pœnæ pecuniariæ coërceri poſſunt, per ea quæ tradit *Gail. 1. Obſ. 17. & 1. de Pac. publ. cap. 2. n. 22. Mynſ. 5. Obſ. 8. Hartm. lib. 2. tit. 54. Obſ. 43.* & ita decretum fuit anno 1580. 27. Auguſt. in cauſa Weil Münſter contra Naſſaw, referente Sixtin. de Regalib. *lib. 2 cap. 13. num. 58 Specul. in tit. de Feud. §. Quoniam. verſ. & not. quod Vaſalli comitem.* Ad quæ mandata tamen non niſi cum cautela devenitur & ægre quidem, Ne ſubditi adverſus Dominos facile armentur, & ad inobedientiam invitentur. Reichs-Abſch. *anno* 1594. § So ſoll auch. De hiſce & aliis remediis ejusmodi vide Sixtin. *d. c. 13. n. 61. & ſeqq.* Et ſic quoque Invictiſſ. Imp. Leopoldus poſt alios promiſit: Daß Er keinem Churfürſten und Stande/ die ohnmittelbare Reichs-Ritterſchafft mit begriffen/ ſeine Landſaſſen/ Unterthanen/ und mit Landfürſtl: auch anderer Pflichten zugethane/ Eingeſeſſene und zum Land gehörige/ von dern Bottmäſſigkeit und Jurisdiction, wie auch wegen Landfürſtlicher Hoher Obrigkeit/ uñ ſonſten rechtmeſſig hergebrachtẽ reſpectivè ſtewre/ Zehenden und andern gemeinen bürden und ſchuldigkeiten/ weder unter dem prætext der Lehenherrſchafft noch einigem andern ſchein eximiren und befreyen/ noch andern ſolches geſtatten/ auch nicht gutheiſſen noch machen wolle/ *vid. Capit. Imp. Leopold. artic. 3. per tot.* Ubi ſub finem promittit S. Cæſ. Majeſt. ſe curaturam, ut temerariæ querelæ ſubditorum contra Dominos à limine Iudicii rejiciantur, proceſſusq; inaudito Magiſtratu conceſſi, nulli declarentur.

 §. 2. Quin

§ 2. Quin imo ut cõmodius hujus defensionis omnes & singuli participes esse possent, posterioribus etiã temporibus in Imperii Romano Germanici circulis ac regionibus (quarum in R. Imp A. 1500. Sex ordinatæ fuerunt, & in Rec. 1512. & 1522. pro cõmodiori tuitione pacis publicæ, & contra hujus turbatores ac violatores executione, quaternis auctæ sunt, *Denais jur. Cam. tit.* 72.) Duces per Imperatorem & Status constituti fuerunt, quorum munus est pacatas provincias conservare, & earum tranquillitatem contra seditiosos grassatores aut eosdem prædonio more violantes tueri, eos conquirere, persequi, & ad pœnas legitimas ope & consilio Assessorum deposcere *dd. Recess. Denais. tit.* 212. *§.* 2. *& seq. junct. tit-* 213. *num.* 2. *&* 3.

§. 3. Sic ergò Imperator omnibus Imperii subditis tam mediatis quam immediatis auxilium præbere potest, imò debet. Alio jure censentur ij qui extra Imperii limites agunt, nec Imperatori subiecti sunt. Quid? Annon Imperator est Mundi Dominus? Ita sentiunt nonnulli, etiam extra Romanum Imperium nullum Regnum dari posse, quod non Imperatoriæ potestati sit subjectum, juvantur textibus in *l. Deprecatio. ff. ad L. Rhod. de Iact. l. Bene à Zenone. C. de Quadrien. præscr. l. Cum multa. C. de Bon. quæ lib. Nov.* 105. *c.* 2. *c. in apibus. caus.* 7. *q.* 1. Accedunt glossæ in *d. l. Bene à Zenone.* aliæque partim ad jus Civile, partim ad jus Canonicum. Hinc dicitur Imp. corporalis mundi Deus, eminens super omnes tanquam stella matutina in medio nebulæ meridionalis, *Bald. consil* 238. *lib.* 1. *& cons.* 300. *lib. ult. Catil. Cott. in mem. verb. Imperator.* Hinc inter insignia Imperii aureus globus ceu tessara domi-

An Imperator sit mundi Dominus.

dominii in terreſtri globo præfulget. *Pet. de Andl. lib. 2. c. 8. de Imp. Rom* Hinc Bartolus in *l. 24. ff. de Capt. & poſtlim. reverſ.* hæreticum ait qui id negat. Quin & ex Evangelio id probare ſatagit, ſi quidem Auguſti ad edictum totum Orbem deſcriptum eſſe ait. *Lucæ cap. 2. in pr.* Sed adulatoriæ hæ ſunt voces, quas Bartolus è ſpurio natalibus reſtitutus à Carolo quarto, redhoſtimenti loco forte effudit. Certum eſt in allegatis locis Mundi Dominum dici per ſynecdochen totius pro parte. *Vid. Paurmeiſt. de Iurisd. lib. 2, c 1. Dan. Ott. de Iur. publ. c 6 ibiq; plurimos alios.* Per mundum intelligitur Orbis quatenus Romanis paruit. *l. 17. de His qui ſunt ſui vel alien. jur.* Unde Junius & Tremellius in *d. c. Luc. 2.* in verſione ſua non dicunt totum Mundum ſed Univerſum populum poſſeſſionis Auguſti deſcriptum eſſe. Quis adeò in hiſtoriis hoſpes eſt, qui ignoret quam exigua Mundi pars & olim & nunc Aquilæ agnoverit Imperium Romanæ? *Vid. Dan. Ott. d. l.* ubi ait longitudinem Imperii olim 90. graduum (cujuſmodi 360. abſolvunt orbem) latitudinem 45 extitiſſe, hodie vix 10. graduum longitudinem & latitudinem reliquias implere, adeoq; vix quadrageſimam priſtinæ Monarchiæ partem ſupereſſe.

SECTIO VIII.

Poſt Impératoriam Majeſtatem publicum illud auxilium præſtare tenentur Reges, Duces, Principes, Comites, Barones, Nobiles & omnes generatim Magiſtratus, qui omnes & ſinguli ad ſubditorum territorii ſui defenſionem obſtringuntur, *l. 1. §. 12. de Offic. Præf. Urb. Innocent. in cap. pro illorum. de Præbendis.* De Regibus elegantiſſimè Seneca ait: *Reges, Duces Principes, Comites, Barones, Nobiles.*

 Hoc

Hoc Reges habent
Magnificum & ingens, nulla quod rapiet dies
Prodesse miseris supplices fido lare
Protegere.

De Ducibus Principibus cæterisque Dominis textus per multi loquuntur. Est *cap. Administratores & cap. Principes. 23. qu. 5.* &c. adeoq; illi subditis suis adesse eosq; defendere tenentur, ut si id facere negligant, hi illis servire obstricti non sint. Schwabenspiegel / *lib.* 1 *cap.* 52. §.13. *in fin.* his verbis: Wir sollen den Herren darumb dienen / daß sie uns beschützen / und als sie uns nicht beschirmen / so ist man ihnen auch dienstes nicht gestendig. Non enim hi propter se, aut suam, sed propter subditos subditorumque utilitatem creati electi & dati intelliguntur, *Perez. in Cod. de Annon. & tribut. n.* 11. *lib.* 10. Et quemadmodum tutela inventa fuit, ad tuendum eum, qui propter ætatem se defendere nequit, §. 1. *Inst. de Tut.* ita & Dominatus ad tuendos eos, qui per ætatem, vel senium, vel morbum corporum, vel animorum, vel sexum, vel aliam imbecillitatem sese adversus aliorum injurias, rapinas, violentias, impetus, tueri non possunt, humanis necessitatibus id exigentibus introductus. *Bald. in l. ex hoc jure. ff de Iust. & jur.* Notatur per gloss. *in l. 2. §. post originem. ff. eod.* Cum enim gliscente inter homines tanta habendi cupiditate, nemo ferè reperiatur, cui natura æmulos & hostes non produxerit, non omnes autem viribus propriis adversus oppressiones illorum tuti esse queant; quilibet Princeps merito suis Patronus, Defensor & Auxiliator existit, ne tempore occurrentis periculi aliena ope destituti opprimantur. *Besold de Iure fœd. cap. 1. n. 2.* Et eleganter *Cic. 1. Off.* Omnino inquit qui reip. præsunt, duo Platonis

præce-

præcepta teneant, unum ut utilitatem ſubditorum ita tueantur, ut quicquid agant, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum: alterum, ut totum Reip. corpus ſic curent, ne cum partem aliquam tuentur, reliquas deſerant. Imo ideo gladius ipſis à Deo conceſſus eſt, ut pacis cuſtodes & hominum ſibi ſubjectorum defenſores exiſtant.

Sectio IX.

Hos inſequuntur Civitatum Magiſtratus, qui & ſuis ſubditis & civibus hoc publico auxilio adeſſe debent. *Farin. oper. crimin. part. 5. tract. de Homicid. quæſt. 125. num. 316.* Et liberorum loco tueri. *arg. l. 4. C. de Defenſ. civ.* quoad cives enim parentum vicem ſuſtinent, *Menoch. conſ. 28. num. 32. lib. 1. Bechtius diſp. de Securit. & ſalv. conduct. concluſ. 42.* ubi dicit: Omnes etiam poſt Imperatorem Poteſtates aſtrictas eſſe virtute protectionis jure ordinario ſibi competentis, ſubditos ſibi commiſſos defendere, *l. ult. pr. ff. Quod met. cauſ. l. 2. pr. §. poſt orig. 13. de Orig. jur. l. 1. §. 12. ff. de Off. Præf. Urb.* Ubi Præfect. Urb. ad tuendum popularium quietem habere jubetur milites ſtationarios per Provincias diſpoſitos, *l. 3. & 6. §. 2. de Off. Præſ.* quem in finem Magiſtratus quilibet majores inſtructi ſunt apparitoribus & ſatellitibus una cum Imperio, ut mandare poſſint ſubvenire oppreſſis ac ſuccurrere, *Obrecht. tract. de Defenſ. cap. 7. n. 4. Thom. Mich. de Jurisd. concl. 138. lit. C. Mart. Rumelin. ad Aur. bull. Carol. IV. diſſert. 5. concl. 9. part. 2.* *Magiſtratus Civit.*

§. 1. Nec tantũ ad defenſionẽ prædicti omnes Magiſtratus obligati ſunt, ſed etiã aliis adminiculis, quocunq; modo ſuorum civium ſalutem promovere debent, cujus contemplatione eos merito Patronos appellare licet.

Hi enim jura quorum clientes, rudes & ignari erant interpretabantur & reſpondebant iisdem, *Dion. Halicarn. l.* 2. Hoc idem prædicti Magiſtratus ſuis ſubditis præſtant; horum interpretatio maximam vim habet. Omnis enim Magiſtratus penes quem in Rep. eſt ſumma poteſtas, leges condere & conditas interpretari poteſt, *juxta l.* 1. *C. de Leg.* Ubi Imp. Conſtantinus: Inter æquitatem inquit jusque interpoſitam interpretationem nobis ſolis & oportet & licet inſpicere. *R. I.* Zu Speyer/ *de anno* 1544. §. Were aber ſache / daß in dieſen Articulen / Religionfried und recht belangendt/einiger mißverſtandt uñ irrung ſich zutragen würde / ſo wollen wir uns darüber declaration und erleuterung zu thun hiemit vorbehalten haben. Quoties enim ſuper nova lege dubitatio aliqua emergit, neceſſaria eſt tam ſuggeſtio judicantis, quam ſententiæ principalis auctoritas, *l.* 11. *C. de Leg. & l.* 3. § *Quid vero. C. de Vet. jur. enucl.* nemo enim de mente legis melius judicare poteſt, quam auctor & conditor ejus, *cap. Cum veniſſent. de Iudic. Gylm. ſymph. tom.* 1 *part* 1. *tit.* 3. *vot.* 3. Deinde Patroni pro injuſte oppreſſis clientibus in judicio reſpondebant, totis eos viribus defendebant, omniaq; beneficia in eos conferebant, quæ parentes in filios ſolent, omnem illis quietem publicè & privatim quærentes. Imò lege antiqua cautum erat, ut patroni clienteš ita charos haberent, ut ſuos liberos & ſanguine junctos, *Alex. ab Alex. Genial. dier. l.* 6. *cap.* 10. *& Gell. l.* 20. *cap.* 1. Hæc omnia ferè Cic. accuratè & eleganter complexus eſt 1. *Verr.* Ad meam, inquit, Siculi confugiunt fidem, per me auxilium ſibi à vobis petunt, me defenſorem calamitatum ſuarum, me ultorem injuriarum, me ſui cognitorem juris, me cauſæ totius actorem eſſe voluerunt. Idem præſtant Magiſtra-

tus

tus non ſolum per viam Juris, ſeu ſine armis, puta Legationibus, Interventionibus & Interceſſionibus, ſed etiam de facto armis & manu militari cauſam ſuorum agentes, & adverſus vim inferendam protegentes ac defendentes, *l. 3. in fin. ff. de Re milit. l. 1. §. 35. & l. cum dominus. 19. ff. ad SCtum Silan. gloß. in rubric. C. de Domeſt. & Protect. lib. 12. Bald. conſ. 188. num. 5. vol. 2.* ubi tradit, quod ad quemlibet Dominum pertineat, defendere cauſam & patrimonia ſubditorum, *Innoc. in cap. Dilecti, x. de Appell. Vaſq. illuſtr. controv. cap. 43. num. 11.* Et hæc de primo auxilii publici membro, de illo ſc. quod officii dignitatisve ratione omnes Magiſtratus præſtare tenentur, ſufficiant.

SECTIO X.

Sequitur, ut deſcendamus ad id auxilium, quod ratione ſubjectionis, Dominis ſuis (Dominum hic accipimus pro ſuperiori vel Magiſtratu reſpectu ſubditorum) omnes ſubditi ferre debent. Et hoc quidem in eo conſiſtit, ut omnia quæ ad auctoritatem, vitam & cætera Dominorum ſuorum incrementa promovenda pertinent, ſedulò procurent. Ad auctoritatem verò ſtabiliendam maximè neceſſarium eſt, ut ſubditi loco parentum Dominos ſuos venerentur & honorent, omnemque reverentiam & obſervantiam exhibeant (non tamen in atrociſſimis, & contra verbum Dei & honeſtatem præcipientibus, quia Deo magis eſt obediendum quàm hominibus, *Actor 5.29.*) Neq; ullo modo mandatis eorum reſiſtant: nam ſi promiſcuum illud jus reſiſtendi eſt, non tam ſocietas erit humana, quam diſſociata multitudo, qualis illa Cyclopum *juxta Eurip.* Confuſa turba, nemo ubi audit neminem. Quare eleganter Tacitus: Principi *Subditi.*

ſummum rerum arbitrium Dii dederunt, ſubditis obſe-quii gloria relicta eſt. Imò lege Hebræa *Deut.* 15 mortis ſupplicio damnatur, qui inobediens fuerit aut ſummo Pontifici, aut ei, qui extraordinè Rector Populi eſſet conſtitutus. Et ipſe Chriſtus præcepit dare Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, majoris enim eſt imperare, minoris obſequi. Diximus loco parentum Dominos ſuos ſubditi habere debent, illud enim quod in uno correlativorum diſpoſitum eſt, cenſetur etiam in altero diſpoſitum eſſe: maximè ubi aliquid diſpoſitum eſt in uno correlativorum digniore, uti eſt magiſtratus, quo caſu etiam cenſetur in minus digniore, ut ſunt ſubditi, *gloſ. in rubr. ff. de Reb. Cred.*

Vaſallus. §. 1. Idem in Vaſallo obtinet, qui ſe erga Dominum Feudi humiliter habere, ipſumque reverenter & cum omni honeſtate accedere debet, *c. un. Ex quib. cauſ. feud. amitt.* & in ſolenni fidelitatis juramento ſe ad id obſtringit, quod vitam, famamque Domini non ſolum non violare, ſed & auxilium, quoad poterit, præſtare velit, adverſus molientes ut honor domino auferatur, aut minuatur *l. Julianus ff. Si quis omiſ. cauſ. teſt. l. 2. §. Et cum placuiſſet. ff. de Orig. Iur. Vaſq. l. 1. cont. illuſt. cap. 42. num.* 8.

Defenſio ſubditorum. §. 2. Ad vitam cæteraque Dominorum ſuorum incrementa promovenda maximè facit, ut eos pro viribus defendant, idque tam pace quam bello. Non tamen propterea cogi poſſunt ad cuſtodiam nocturnam & diurnam, in caſtro Domini faciendam, per text. *l. un Cod. Ne ap. r. à collat. exig. l. 1. & 2. Cod. Ne ruſt. ad ullum obſeq. voc.* quod tamen limitationes ſuas recipit (1) niſi legitima conſuetudine fuerit introductum, *Ferret. in addit. ad*

Guid.

Guid. Pap. decis. 9. post princ. vers. Nisi ad hoc obligati. & seq. Regn. Sixtin. de Reg. l. 2. cap. 13. num. 69 vers. Item si aliter (2) Nisi pacto ita conventum; Siquidem pacta dant legem contractui, quod speciali constitutione comprobavit Elector Saxon. Augustus, *part. 2. const. 51. post. pr. vers.* Oder absonderliche. (3) Nisi publica bella sæviant. (4) Nisi incendiarii, die Mordbrenner grassentur. (5) Denique nisi domini habeant inimicos capitales, à quibus periculum metuant. In his casibus excubias agere, & castra dominorum custodire debent. *Nic. Boër. decis.* 212.

§. 3. Neque etiam contra seipsos Dominum defendere tenentur, ut notatur *in cap. petitio. X. de Jurejur.* Nemo enim carnem suam odio habet, *cap. Non æstimemus. 19. caus. 13. quæst. 2. Specul. in tit. de Feud. §. Quoniam. quæst. 17. num. 33* sed quisque sibi magis tenetur providere quam alii, ut inquit *Bald. in l. 1. num. 4. C. de Inoff. dot. Pet. Surd. de Alim. l. 7. quæst 13. num. 3. & seq.* & per ea quæ dixi sup. Sect. 8. in fin. Nec obstat: *l. 1. ad SCtum Sillan.* loquitur enim ea de servis, à quibus ad subditos in omnibus arguere non licet, ob rationem diversitatis maximam inter Servum & Subditum, ille namque subest alterius dominio, non secus ac aliæ res mobiles & immobiles, habetque dominus in eum potestatem summam, & jus vitæ & necis indistinctè jure veteri. §. *in potestate. Inst. de His qui sui vel alien. jur.* Proinde jure merito dispositum fuit, ut domini sui salutem suæ teneantur anteponere, prout etiam supplicio capitis afficitur, ubi, dominus cum occideretur, opem non tulit. Secus in subditis, qui sunt homines liberi. Neque obstat: Subditi tenentur cum armis dominos suos defendere,

An subd[iti] contra se[i]psos defe[nde]re tene[antur] Dominu[m]

 iisque

iisque auxilium ferre, sed ejusmodi auxilium cum vitæ periculo esse conjunctum patet, prout contingit, cum in oppugnatione dominorum subditi adversus hostes pugnaturi eos defendere coguntur, tunc enim, siquidem officio suo ritè præesse velint, sub prætextu periculi vitæ non possunt dominis suis deesse, vel auxilium renuere, alioquin nunquam ipsis in prælio tenerentur opem ferre. Resp. Quamvis bella gerentes à tali periculo non prorsus tuti sint, illud tamen sæpe evadunt, quia discriminis incertus est exitus, igitur dici non potest defensionem eo casu fieri contra seipsum, aut cum certo & inevitabili mortis discrimine esse conjunctam, aliàs sequeretur omnes in omnibus bellis occumbere.

Vasallus. §. 4. Hoc idem de Vasallo dicendum, qui etiam contra seipsum neutiquam auxilium domino exhibere cogitur. *Gloß. & Dd. comm. in cap. ult. hic finit. lex.* Hinc infertur à quibusdam, quod si Vasallus jurasset, Domino tempore guerræ unum aut duos equos armatos subsidio mittere, non teneatur mittere contra seipsum, *Curt. de feud. p. 4 n. 8. Schneidw. p. 5. n. 95. Clarus. §. Feudum. q. 21. in fin. & alii complures in hanc sententiam congesti à Rosenthal. cap. 8 conclus. 15. num. 1.* Etenim in generali vel universali sermone persona loquentis minime continetur, *Ant. Gabriel. l. 6. tit. de Verb. sign. conclus. 9.* nec nisi de extraneis cogitatum censetur, *Gloß. d. c. ult. argum. l. 10. ff. Commun. præd. l. Qui insulam. §. ult. ff. Locati.* Nec intentioni feudum acquirentis quicquam magis refragatur, quam ut obligare se voluisse intelligatur ad incommodum sibi ipsi inferendum. Neque contra subditos suos, cum absque caducitatis timore pro defensione suorum etiam contra Dominnm ipsum militem condu-

conducere, & sic præsente periculo defensionem sibi quærere possit, ut nominatim in terminis consulendo respondit gravissimus JCtus Joh. Fichard *cons.* 18 *num.* 15. 16. *&* 17 *tom.* 1. *& prob. per text. l.* 3 *§. Eum igitur ff. de Vi & vi arm. & l.* 1 *Cod. Unde vi. Dd. Sonsbeck. p.* 12. *n.* 40 *& p.* 13. *n.* 6. *vers. Fall. t. sext. Sonsbeck. Disp Feud.* 10. *th.* 32. *Zas. de Feud* 10. *n.* 102. *Tom. de Marin. tit.* 3. *n* 28. *Mozz. in tract. feud. tit. fin. ex quib. caus. feud. amit. n.* 27 *in fin. ubi ait*: quod liceat insidiari domino pro defensione sua.

§. 5. Post defensionem maximè Dominorum incrementa promovent collationes, & contributiones subditorum. Neq; enim aliter licet conservare rempublicam, nisi pientissimæ præstationes importentur in publicum, ex quibus & militares nutriuntur copiæ, ut resistatur hostibus, *Iustin. in Nov.* 161 *c.* 2. *adde Nov.* 8. *c.* 10 *§.* 2 *Nov.* 49. *c.* 2 *l* 1. *§. in causa. ff de Quæstor. Cic. pro L. Manil.* ad has igitur domino contribuendas necessariò tenentur subditi, & hæ Collationes sunt vel ordinariæ vel extraordinariæ; utræque fiunt pro ratione loci. Ordinariæ sunt, quæ ex legis provisione certam quotannis semel, vel sæpius etiam recurrentem, & regularem habent præstationem, in ordinarios & quotidianos Dominorum usus & negotia impendendam, ex bonis quæ possessor in territorio Domini collectantis possidet. *l. fin. C. S. ne censu. Rosenth* 1. *cap.* 5. *conclus.* 72. Extraordinariæ sunt, quæ ob necessitatem publicam incidentem ad tempus imponuntur. Et causas necessarias harum contributionum, *Guid. Pap. conclus.* 57. sex enarrat. (1) Pro exercitu subditus quantitatem conferre debet, (2) pro visitatione Domini visitantis territorium suum, ubi

Contribut. nes subdit.

Pro exercit

Pro visitatione territor

non debent ſubditi pro prima vice coram Domino vacua manu ſe præſentare; Cùm igitur ſubditos viſitat Dominus in ejus jucundo adventu charitativum ſubſidium debetur, prout Regi Carolo VIII. civitatem Grationopolin ingredienti deberi, & propterea collectam ſubditis imponi poſſe, ut eidem Regi donum fieret, concluſum eſſe teſtatur *Mart. Neap.* (3) Pro Filia maritanda, ad quod ſubſidium regulariter tamen non tenentur, quando ejuſdem bona ſufficiunt, ſi vero neceſſitatem alleget, probare debet, & tum demum adjuvare tenentur, vel etiam ſi conſuetudo adſit, & dominus adjutorium exigere conſueverit: cum enim pater dotis debitor ſit, & ad dotandum cogi poſſit, tunc filia à ſubditis patris ſubventionem petere non prohibetur. Et ſi plures filias habeat dominus, pro ſingulis ſubſidium petere poteſt. Idem in filia ſpuria, prædictis concurrentibus, concluſum eſt in Senat. Burd. *Deciſ.* 127. *Nic. Boer. Carpzov. Juriſp. for. p.* 2. *Conſtitut.* 48. *def.* 20. *n.* 10. Cum autem dos ſuccedat in locum alimentorum, *arg. l* 1. *de Solut. mat.* Et alimenta Jure Canon. debeantur ſpuriis, etiam inceſtuoſis, *c. Cum haberet. in fin. X. De eo qui dux. in mat. quam poll. per adult.* (licet Jure Civ. ex damnato ll. coitu nati alendi non ſint, *auth. Ex complexu. C. de Inceſt. & inut. nupt.*) conſequens eſt; patrem filiam ſpuriam loco alimentorum modicè dotare debere, imò ad hoc Judicis officio compelli poſſe, *Panorm. conſ.* 115. *n.* 1 *in fin. vol.* 2. *Gail.* 2. *Obſ.* 88. *ibique Græveus. Bocer. cl.* 2. *diſp.* 8. *th.* 5. *ibiq. plures.* Diſſentit Alex. *in leg.* 1. *ff. Solut. mat.* Cui reſpondet Gabriel Palæotus de Spur. *cap.* 49. *num.* 3. Cæterùm Gailii ſententiam moribus receptam uſus docet. Exceptionem tamen ponit Carpz. *Juriſp. forenſ. p.* 2.

Pro filia maritanda.

def.

def. 18. *constit.* 10. (4) Si Dominus captus est pro redemptione, quod eadem cum limitatione accipiendum, si sc. deficiant facultates, vel tantum pecuniæ commodè redigi nequeat ex bonis captivi domini, quantum ipsius liberationi tunc temporis est necessarium, & cum hac limitatione explicandus est *text. in cap. licet. Si de feud. def. contend.* qui idipsum de Vasallo negare videtur, cum tamen & hic ad idem astrictus sit, *per cap.* 1. § *Si delator. quæ fuit prim. caus.* quo generaliter disponitur, Vasallum debere liberare Dominum si possit; nec distinguitur pecuniâ possit, an manu militari liberare. Proinde non ambigendum, quin etiam pecunia sua teneatur redimere, quando aliter ipsum liberare nequit. Fallit tamen hoc, si Dominus juste sit inclusus vel custodiæ mandatus. (5) Pro se vel filio suo milite faciendo. (6) Pro refectione, reparatione vel exstructione publicarum munitionum, viarum, fluminum, pontium, murorum, &c. Multas sane & varias adhuc inventas, quotidieque excogitari contributionum species, experientia satis superque docet, uti sunt: Reichs- und Türckensteuer / Kreyß- Frevel- Leib- und Nachsteuer. Landsteuer / Absahrt / Abschoß / Auflösung / Beeth / Bodenzinß / Weingeld / Fruchtgeld / Schlägelschatz / Forstgeld / Maßgeld / Lastgeld / Soldatengeld / Balckengeld / Mastbaumgeld / Weinkauff / Todtfall / Weidmahl / Erbzinß / Pflugeld / Rottgeld / Triffgeld / Zehenden vom Fleisch / Wein / Korn / Erbsen / Flachs / Kraut / Wechselschatz / Zufenagelt / Bawholtzfuhr / Tranckstener / Schorstein und Kammergeld / Sparrengeld / Marckgeld / Schutzgeld / Reißgeld / Handlohn / Wilkommenschatz / Betteschatz / Kirchenschatz / Taffelschatz / Freygeld / Brückengeld / Weggeld / Umbgeld / Achtschatz / Weingeld / Schenckwein und Kirchweihgeld / Hauptgeldt / & quæ sunt ejus generis, de quibus Klockius, Obrecht, aliique.

Pro redemtione Domini

Pro Domino vel filio milite faciendo.

Pro extruendis munitionibus.

§. 6. Q. An Dominus alicui potest concedere immunitatem,

An Dominus

...sit conce-re privile-gium non sol-vendi contri-butiones. tatem, seu privilegium non solvendi contributiones? Resp. Non dubium est quin possit, si privilegium cæteris, qui tributum debent, non nocet, sed Dominus ejus partem, cui immunitatem concessit, subducit & acceptam fert, juxta *text. in l. Omnis. C. de annon.* ibi: quod aliis remiserit de propriis facultatibus dare compelletur. *it. m per l. 1. Cod. Ut nullus ex vican. l. has definit. Cod. de Omn a .d sert. l. forma §. illum de Censib.*

§ 7. Id m quod contributiones, ad promovenda Dominorum incrementa, faciunt operæ & servitia subditorum, quæ pro ratione loci etiam varia sunt. Subditi igitur coguntur ad præstationem eorum, quæ longo tempore præstiterunt, & quæ sunt de consuetudine, & quidem proprio sumptu in quibusdam casibus, quos vid. *apud Jason. in l. si non sortem. 27. §. libertus. 12. de Cond. indeb. num.* 30. imò & instrumenta, sine quibus operæ præstari nequeunt, suo sumptu comparare & fracta reficere debent, *l. 2. §. si conservatis. ff. ad L. Rhod. de jact. Berlich. l. 2. conclus. 65. num. 16. & 17.* Contra consuetudinem autem ut præstent servitia & onera, à domino compelli non possunt, *Bart. in l. 1. Cod. de Excus. mun. lib. 10. l. Cum multa. C. de Bonis libert.* Nisi vellet Dominus subditis imponere servitia pro necessitatibus universitatis, quia ad illa subditi cogi possunt, *Dd. in l. 4. §. si actor. ff. de Re jud.* Necessitas enim legem non habet, imò in casu necessitatis subditi possunt compelli ad vendendum res suas. *l. Venditor. § si constat. ff. Si serv. vend.* imò ut vendunt viliori pretio, *l. pendentes. §. si quid. de Usufr.* Atque ad ejusmodi servitia tam in bello, quàm in pace sunt obligati.

Vasallus. §. 8. Quemadmodum etiam Vasallus, qui domino

opem

opem & auxilium ferre tenetur, non ſolum in conſervandis & tuendis ditionibus ejus, iisdemq;, etiamſi caſu fortuito amiſſæ fuerint, vel ab adverſario injuſtè occupatæ, recuperandis, *per text. in cap. 1. verſ. ſi contingerit. de Nov. form. fidel. & in cap. Domino guerram: hic finit. lex.* Nec refert jure Dominii habeat ſive habuerit, an poſſeſſionis demum ſive detentionis, *Sylv. de feud. recogn. q.* 109. *n.* 39. Cùm etiam dicatur habere qui poſſidet modo & detinet. *l. Habere. de V. S. l.* 1. §. *Quod autem. ff. de Vi & vi arm.* Dominique plurimum interſit, ob eximium poſſeſſionis commodum, eam retinere, vel amiſſam primo quoque tempore recuperare, *l. Is qui deſtinavit ff de Rei vind.* § *retinenda. verſ & quia. Inſt de Interd:* Sed etiam acquirendis de novo. *Ita Iſern: in cap:* 1 § *ſed non eſt alia. num:*14. *Quæ fuit prim. cauſ. Curt. de Feud part.*4. *num.*7. *Schneidw. p* 5 *num* 94. *Sonsbeck. p.* 11. *num.* 44. *& poſt alios Kohl. part.* 4. *num.* 68. ubi id pluribus eleganter probat. Deinde id haud obſcurè confirmari videtur per *text. in cap.* 1. *verſ & ſi contigerit. verb. ut rem, quam habes, vel habebis &c. de Novâ form. fidel.* Cum n. præſupponatur Domino legitima de cauſa debitam eſſe rem acquirendam, & quilibet dicatur habere, quod jure petere poteſt, ſive de quo habet actionē *text. in l. id apud. ff. de V.* S. & jurejurando ſeſe Vaſallus aſtringat ad opem ferēdam, tā in retinēdo, quā in recuperādo eo, quod habet Dominus vel habebit, certe ſequi videtur, etiāſi res nondū fuerit ipſi9, ea tamē jure debeatur, Vaſallū ipſi ſuppetias ferre omninò teneri. Deinde etiā ſuffragātur textus ij, quibus denotatur Vaſallū ſervire oportere, cum neceſſe eſt Domino, ſive cum indiget auxilio ſeu ſervitio Vaſalli, *c. ſancimus. de Feud. ſing. culp. non amitt. c.*1. § *ſimiliter. de Lege Conrad. Facit. c.*7. *inf. n. Ex quib. cauſ.* At vero cū in

acquirendo vel maximè indigeat auxilio, ſive ſervitio Vaſallico, id ei procul dubio præſtari oportet, modo terra acquirenda non ſit nimis remota, *vid. Kohl. de Servit. Feud. p. 5. n.* 21. & juſta petendi cauſa; aliàs enim Dominum bellum moventem Vaſallus ſequi non tenetur, *per text. in cap. 1. Hic finit lex. Pulchre ibid. Bald. n. 5. Schenk. de Feud. l. 1. tit. 5. num. 10. Gail. l. 1. de Pac. publ. cap. 4. num. 10. Schrader. part. 6. cap. 6. num. 87. Roſenthal. cap. 8. num. 20. Schneidw. part. 5. de Feud. num. 100. Rittershuſ. cap. 5. quæſt. 53. & com. Feudiſtæ.*

ſallus diverſa Feuda diverſis dominis poſſins, cui tenetur opem re.

§. 9. Poſt hæc non incommodè movebuntur Quæſtiones quatuor. (1) Vaſallus diverſa Feuda, à duobus diverſis Dominis ſibi invicem bellum moventibus habens, cui teneatur opem ferre? Reſp. Antiquiori *per cap. ult. Hic finit lex.* Ubi Vaſallus Dominum contra omnes jubetur adjuvare, excepto ſolo Imperatore & antiquiori domino, ex quo ſequitur, etiam contra poſteriorem antiquiori eſſe ſuccurrendum, nec ideo poſterius feudum amittit, quia non facit animo nocendi, ſed ne fundo quod ab antiquiori domino habet, cui ſervitia debet, privetur.

ſallus univerſitatis an ſingulis de Univerſitate ſervitiorum exhibitionem teneatur.

(2) Vaſallus Univerſitatis an ſingulis de Univerſitate, an tantum ipſi Univerſitati ad debitorum ſervitiorum exhibitionem obſtringatur? Reſp. Affirmatur poſterius, *Math. de Afflict. & Dd. in cap. 1. §. Omnes filij. ibiq. Iſern. num. 6. præpoſ. n. 4. in fin. Ardizon. in rubr.* Utrum Vaſallus alicujus univerſitatis &c. *cap. 63. Scrader. p. 6. cap. 5. num. 11. Roſenthal. cap. 8. concl. 13. num. 1. Kohl. de Servit. Feud. part. 2. num. 85. & expreſſâ. l. 7. §. 1. ff. Quod cujusq. Univerſ. nom.*

plures ſint Feudi conſortes quis & quomodo ſer-

(3) Si plures ſint Feudi conſortes, quis & quomodo ſervitia præſtare debeant? Reſp. Tunc dividua ſervitia ab indivi-

dividuis sunt distinguenda, si enim servitium dividuum debeatur, ut si domino bellum gerenti aliquot millia subministrētur, tunc singuli pro sua rata domino servire debent, si vero servitium individuum sit, singuli in solidum tenentur, & unius solutione liberantur cæteri. *Hartm. Pistor. lib.* 2. *p.* 3. *q.* 47. (4) An servitia illa possint præscribi? Resp. Jure Civili Dd. communiter præscribi posse statuunt, si per longissimum tempus, puta triginta vel 40. annos, vel etiam secundùm quosdam per longum tempus, puta 10. vel 20. annos, alicui operas vel alia servitia præstiterunt, cum revera non debeant, quod contra illos servitia rectè præscripta censeantur, ita ut inposterum ea etiam præstare sint obligati. Nisi jure familiaritatis aut amicitiæ vel precarii præstiterunt. *Gail. l.* 1. *de Arrest. cap.* 17. *num.* 17. & contra si subditi domino ad servitia & operas præstanda teneantur, illi verò loco operarum vel servitiorum per longissimum tempus certam pecuniæ quantitatem solverunt, ut subditi contra operas & servitia præscripsisse censeantur, nec inposterum ea præstare cogantur, sed liberentur, si certam illam pecuniæ quantitatem exsolvant, *argum. §. Sed & aliud. Inst. de Donat.* Et hoc jure Saxonico etiam obtinet, *per text. expr. in Nov. Elect. August. p* 2. *const.* 4. dummodo certa pecuniæ quantitas singulis annis data fuit, alias interrupta præscriptio judicari debet, quia ad præscriptionem requiritur possessio continua, §. *Diutina.* 7. *Inst. de Usucap. l. Usucapionibus.* 3. *l. Unquam.* 31. §. 1. *ff eod. l. Longi temporis.* 2. *Cod. de Præsc. longi temp.* Fallit tamen (1) si Dominus absens sit, ita ut servitiis uti non potuerit, & eorum loco à subditis pecuniam acceperit, tunc etiamsi certa pecuniæ quantitas sit data,

vitia pr re debea

An serv possint pr scribi.

contra servitia præscribere non possunt, sed ea, quandocunque Dominus velit, præstare tenentur, *per l.25. ff. de Oper. libert.* quia dominus videtur locasse quasi sua servitia, *per l. Patronus. 25. in pr. §. Nam si quis. 1 in fin. ff. de Operis libert.* Conductor autem nunquam præscribit, *l. Male agitur. 2. Cod. de Præsc. 30. vel 40. an.* (2) Si alio quovis pacto inter Dominum & Subditos convenit, ut sc. pro operis certam pecuniæ summam persolverent, reservata tamen domino facultate revocandi illud pactum, tunc enim non currit præscriptio.

[Qu]ando cessent servitia. §. 10. Cessant autem servitia subditorum & Vasalli. (1) Quando Dominus specialiter subditis præstationem illorum remisit, ut superius demonstratum. Vasalli cessant, quando pacto investituræ inserto vel postmodum inito cavetur, ne de fundo præstari servitia necesse sit, *cap. Si cui militi.* ibi: Cum Feudum sic datum est, ut nullum pro eo servitium fiat, *& cap. 1. §. Nulla. Per quos fiat invest. & cap. 1. § Est & alia. vers. Sunt enim. Quæ fuit prim. caus.* (2) Quando justa causa eos impedit, ut paupertas, aliaque *text. in cap. Ad hoc. ibi: Cum potuerit. Hic finit lex.* Nisi tamen ipsi fuerint in causa illius impedimenti, *Rosenth. conclus. 9.* aut cum potuerint, non removerunt impedimentum. *l. Sed etsi. § Hæc claus. ff. Ex quib. caus. maj.* (3) Quando præscripta sunt servitia, *dict. cap. Militi. ibi: ut pleraque. vid. sup.* (4) Si Domini defensionem negligant subditorum, vid. supr. aut Vasallorum; Hi enim si exciderunt possessione Feudi, nec per eos stet, quo minus recuperare possint, pro feudo non possesso servire non tenentur, *Bald. in l. Solennibus. n. 6. Cod. de Rei vind. Rosenth. cap. 6. concl. 9. num. 11.* (5) Si sint pupilli, quia tunc propter ætatem

excu-

excusati servitiis obnoxii non sunt, nec pro iis alius servire tenetur, *ut est text. expr. in cap. Si quis decesserit. Si de Feud. def. content. Schneidw. p 5. num.* 106. *Rosenth. cap* 18. *conclus.* 8. *num.* 3. quod tamen hodie ob solidas rationes non observatur. Et hæc sunt quæ circa Publicum auxilium consideranda veniunt, de auxilio Patronorum aliorumque, quod partim ad publicum, partim ad privatum spectat auxilium, statim dicetur.

Sectio XI

Accingemus igitur nos ad Privatum auxilium, illud sc. quod Privati Privatis ferre tenentur. Atque hoc ipsum considerabimus in Persona 1. Mariti. 2. Uxoris. 3. Patris. 4. Filii. 5. Patroni. 6. Ecclesiæ. 7. Pastoris. 8. Ecclesiæ. 9. Præceptoris. 10. Discipuli. 11. Tutoris. 12. Pupilli. 13. Advocati 14. Clientis. 15. Medici 16. Ægroti. 17. Collegæ. 18. Extranei solâ humanitate nobis conjuncti. *Privatum auxilium.*

Sectio XII.

Maritus igitur omnia uxori concedere debet, quæ ad matrimonium faciunt conservandum. Ad quod (1) spectant alimenta, quæ suppeditare etiam indotatæ ex suis bonis, licèt aliunde habere possit, tenetur, ut tradit Mynf. *Obs.* 64. *cent.* 1. *Bald. in l. de Alimentis. Cod. de Transact. & Innoc. in cap. per Vestras de Donat. inter vir. & ux.* ubi dicit, quod mulier nullâ cõstituta dote personã suam pro dote dedisse intelligatur. *Panorm. in cap. Accedens. in fin. de Procur. & idem in cap.* 1. *de Adult. Bart. in l. Obligamus. ff. de Oblig. & Action.* Quid si dos ab initio promissa sit, eaque postea contracto matrimonio non solvatur? Eo casu eam non alendam esse, sed domo expelli posse, tradit *Bald. in l. fin. C. ad SC. Vellej. Panorm. d. l. Vid. Gail. lib.* 2. *Obs.* 87. *& Mynf d. l.* Sed verior *Maritus. Aliment. uxoris. An uxor sit expell. dos prom. non solv.*

est sententia, non expelli posse sed alendam esse, *per Nov. 22. cap. 18. vers. Si quis enim duxerit. Wesemb. in Parat. ff. de Jur. dot. num. 6. ibiq; Hahn. Beust. de Iur. connub. p. 2. de Matrim. cap. 66. & p. 3. de Dotib. cap. 12. Math. Steph. ad d. Nov. 22. n. 63.* Ipsi etiam non tantùm validæ, sed & ægrotæ subvenire debet, *l. Quod in uxor. Cod. de Neg. gest.* imò culpa & negligentia sua in non adhibendo medium, facit eum indignum legato uxoris, *l. indignum. ff. Quib. ut indig.* Etiam viduæ post mortem mariti alimenta debentur, antequam ipsi dos solvatur, *Myns. Obs. 64. cent. 1. Wes. Parat. ff. de Postuland.* Etiam fugitivæ ob atrocitatem mariti; *Guid. Pap. quæst. 439.* Alimenta verò quomodo constituantur, id ex qualitate personę dijudicandum, sic si qualitas personæ requirat, Maritus qui tenetur uxori ad alimenta, tenetur etiam pro servientibus & ancillis, ut in quocunque alio, cui alimenta debentur.

omus præ-tio. (2) Auxilium ad quod Maritus uxori obligatus est, consistit in præbendâ illi domo, *Gen. 38.* in eaq; cum illa manere, eâdem mensâ eodemque thoro uti debet. *Vid. Dd. & max. Anton. & Abb. in cap. Illud. de Præsumpt.* & dicit ibi Hostiensis: quando vir & mulier habent loca separata habitandi, & vir quando sibi placet ad locum mulieris declinat, ipsa vero non ad locum viri, tum non censetur vir & uxor, sed censetur inter eos committi stuprum, allegat id, quod habetur, *caus. 30. q. 5. cap. Aliter. vid. Alex. in cons. 151. vol. 5. num. 12.* Quapropter etiam præcisè compelli possunt, ut in unum redeant, & simul cohabitent, *Abbas in cap. 1. in ult. not. de Spons.* quia obligantur ad cohabitationem ex lege divinâ & humanâ, *alleg. per Bart. in l. stipulationes. in 8. q. Iason. in antep. col. ff. de Verb. Oblig.* Neque illam deserere debet

bet, etiamsi peste laboraverit, *Ant. Rauchb. quæst. 7. l. 2.* ubi contraria diluit. (3) Vestitum ei præbere convenientem. *cap. Omninò. dist. 35.* (4) Captivam redimere, *l. 11. Cod. de Capt.* (5) Contra quascunque molestias defendere, *§. 2. Inst. de Injur.* Et (6) Debitum conjugale illi solvere tenetur, *cap. Gaudemus. X. de Divort. cap. 2. X. de Conjug. lepros. cap. 2. X. de Translat. Prælat.* Nec enim habet potestatem sui corporis, *gloss. in l. fin. ff. de Leg. Fab. de Plag.* Hinc meritò uxores castas exasperat virorum congressus cum externis impudicisque mulieribus, ut censuit Justin. *in l. Consensu. post pr. Cod. de Repud. ibique annot. Bart. & Angel. & secutus est Tiraq. iu Comment. de Leg. connub. lib. 13.* qui commemorat, quamplurima atrocia facinora perpetrata à mulieribus ob Zelotypiam.

Vestitus. *Redemptio Captivæ.* *Defensio.* *Debitum conjugale.*

§. 2. Exinde Dd. Uxori adversus maritum (uti & marito adversus uxorem) dant actionem in rem, ex consummato matrimonio ortam, qua maritum vindicat ex causa, 1. *Cor. 7. 3. add. cap. 11. X. de Præsumpt. Covarr. de Matr. pag. 2. cap. 7. Beust. de Matr. pag. 2. cap. 66.* Alii etiam interdicta recuperatoria & exhibitoria largiuntur, *Mauser. tit. 1. de Nupt. quem citat Hahn. ad Wesemb. de Sponf. num. ult.* Alii ad cohabitandum actiones utiles & præjudiciales concedunt, *Hahn. d. l. ibique Ioh. Faber. & Angelus.* In quantum vero actiones hæ dentur, maritusque teneatur, leges nostræ civiles determinare nec voluere nec accuratè potuere. Extant tamen ea de re aliarum gentium leges, *vid. Selden. in uxor. Hæbr.* Vide etiam plenissimè P. Zachiam explicantem, quando, quantum, & quomodo debitum conjugale sit reddendum *lib. 7. q. 1. per tot.*

An maritus sit curator uxoris. §. 3. Q. An etiam Maritus ſit curator Uxoris? Reſp. Negatur id Jure Civili, *l. 2. Cod. Qui dar. tut. vel cur poſſ. l. 4. l. 12. Cod. de Excuſ. Tut. vel Curat. l. 4. Cod. de Curat. furioſ.* Quorundam locorum ſtatutis maritus ipſo jure Curator conſtituitur, quod & in Patriâ obtinet. Stat. Hamb. *part. 1. tit. 9. art. 5. & p. 3. tit. 6. art. 9.* Idem & jus Saxonicum probavit, Landr. *l. 1. art. 31.* verb. Wann ein Mann ein Weib nimpt/ *l. 3. art. 45.* Der Mann iſt auch Vormund. Hic ergo uxor ſine conſenſu mariti alienare nequit. Nec reddit maritus rationes uxori, ſecundum Berlich. *concl. 65. num. 116.* Unde etiam jure hocce cum uxor tranſit in tutelam mariti, ſtatim patriâ liberatur poteſtate, Carpz. *part. 2. conſt. 10. def. 2.* quod per totam Germaniam receptum ait. Rauchb. *lib. 2. q. 18. num. 24.* de quo tamen dubitare licet. Hæc auxilia vivis addenda ſunt uxoribus. Poſt mortem ejus maritus denique de honeſtâ ei adhuc cogitur proſpicere ſepultura. *l. 13. C. de Neg. geſt. l. 16. 17. 27. ff. de Relig. & ſumpt. fun. vid. Toloſſ. lib. 9. cap. 2. Speid. Syll. in verb. Uxor.*

Sepultura.

SECTIO XIII.

Uxor. Cum Uxor viro mutuam vicem reddere debeat, conſiderato auxilio ab illo præſtando, jam ad hujus marito præſtandi conſiderationem nos accingemus. Illa eundem finem ſibi ob oculos ponere debet, quem maritus, ſc. ut matrimonium inter illos conſervetur, ad quem conſequendum, multum conferet. (1) Si obedientiam & Obſervantiam ipſi præſtet, *l. un. §. 7. C. de Rei uxor. act. l. 14. in fin. ff. Solut. matr.* omnem honorem exhibeat, efficiatque ut marito placeat ſola, quapropter nihil, quod ad ornatum & formam ſpectat, intermittere debet, nec inconſulto & non conſentiente marito capillos ſibi abſcin-

Obſervantia & Obedient.

Alimenta.

abſcindere, quia capilli ſunt de formâ hominis, imò ſi facit, excommunicatione digna videtur, *per text. in cap. Quemcunque. 2. diſtinct* 30. (2) Ad inopiam redacto marito alimenta præſtet, *Guid. Pap. deciſ.* 403. & quidem de fructibus dotis, imò non ſufficientibus illis, etiam ex bonis paraphernalibus eum alere tenetur. (3) Conſtante matrimonio operas non tantùm obſequiales & officiales, ſed etiam artificiales marito præſtat. *Petr. Heig. lib. 1. quæſt. 29. num. 22. Ant. Cordub. in l. Si quis ex lib. §. Si quis ex his. num. 222. ff. de Lib. agn. Menoch. l. 3. præſ. 51. n. 33.* Regulariter enim quicquid acquirit uxor marito acquirit, nam quicquid emit, vel aliter vivo marito, vel ſtatim poſt mortem ejus ſibi comparat, de mariti bonis comparatum cenſetur, ut evitetur turpis quæſtus ſuſpicio, *per l. Quintus. ff. de Donat. inter. vir. & ux. & l. Etiam. Cod. eod.* niſi expreſſè appareat, unde quæſiverit, puta pro extraordinaria induſtria & opera omnibus nota, tum ſibi quærit & non viro, per jura quæ volunt, quod inter virum & uxorem poſſit contrahi ſocietas, *l. 17. §. 1. l. 1. ff. de Act. rerum amot.* quæ aliàs eſſet ſocietas leonina & non valeret, *l. Muli. ff. Pro ſocio.* quare uxor exercens artem texendi lucra facit ſua; habebitur tamen ratio temporis ſubtracti, quo debebat facere ſervitia ipſi domo, ut habetur, *in l. Sicut ff. de Oper. libert. & in l. Aſſiduis. Cod. Qui potior. in pign.* Ad quæ verò ſervitia uxor marito teneatur, tradit *Abbas in cap. Literas. ad fin. penult. col. cum ſeq. de Reſtit. ſpoliat.* Ex hiſce ſatis ſuperque conſtat, Jure Civ. (etſi conjuges omnium ſacrorum, *l. 1. ff Rerum amot.* Individuæ conſuetudinis. *§. 1. Inſt. de Pat. poteſt.* Omnis caſus, *l. 22. § 7. ff. Solut. mat. quem. dos pet.* participes ſint) communionem tamen

Alimen

nullam bonorum esse inter conjuges, quæ nec Juri Canonico cognita est. *Petr. Pek. de Testam conjug. Covar. de Matr. p. 2 cap. 7 n. 1. Chassan. ad Consuet. Burgund. Rub. 4. n. 4. & 10.* Hinc summo jure statutum est, ne uxor pro marito aut maritus teneatur pro uxore *l. 1. & l. 2 t.t. C. Ne uxor pro marito.* Sed ab hoc jure Civili mores statutaq; locorum multorum recedunt, & alia quidem longius quã alia, *vid: Gronw. de LL. abrog. ad d. t. ibiq; alleg. Gail. 2 obs. 90. Mynsing. cent. 1. Obs. 29.* Patriæ nostræ statuta de bonis tam dotalibus, quàm aliis hereditariis, debita mariti durante matrimonio contracta exsolvi jubent, Stat Hamb. *tit. 5. art. 20. & tit. 11. art. 13. & 14.* Ubi ratio additur in text. his verbis: So wollen wir doch zu handhaben gemeinen nutzens / Trawens und glaubens und zu befodeung der Hantierung. &c.

…ſentia. (4) Semper cũ eo maneat, cumq; sequatur, sive in vita, sive in morte, ut exigit *c. Unaquæque. 13. quæst. 2.* ibi *in glos.* quod etiam in vita sequi teneatur vagabundum & leprosum, aut si mittatur in carcerẽ, vel cogatur ire in exercitum, aut ex causâ necessariâ & probabili absentem, aut exsulare jussum, idq; cõscientiæ uxoris tutius esse, propter individuam vitæ consuetudinẽ, tradũt Theod. Beza *in l. de Repud. p. 218.* Hier. Zang. *de Mat. tit. de div. p. 745. Ioh. à Beust. de Matr. c. 32. Ioh. P. Surd. de Aliment. tit. 7. q. 26. n. 7.* Petrus Heigius tamẽ *quæst. 14. lib. 2.* arbitrio Judicis relinquit, ut æstimet, an uxor honestè & commode maritum sequi possit, & uxor ex sententia ejus admonenda potius, ut maritum bannitum sequatur, quam cogenda. *Vid. Schneidw. hæc eleganter pertractantem, ad Tit. Inst. de Nupt. n. 47. Adde Duaren. ad ff. Solut. matrim. cap. 4.* Exinde Cæsares Uxores illas, quæ maritum in militiam comitabantur, privile-

vilegiis exornarunt *l.* 1. *&* 2. *Cod. d. Uxor. milit.* Nec obstat. *l.* 4 §. 2 *ff. de Off. Proconf.* Agitur enim ibi ex speciali ratione, quæ militabat in uxoribus magnorũ Magistratuum, quæ avaritiâ suâ in Provinciales facile abuti poterant. Sane si Maritus suâ culpâ proscriptus in exsilium ire cogatur, lex nulla præcisè uxorem eum comitari jubet. Quando tamen eo voto matrimonium contrahitur, ut individua sit vitæ consvetudo, ut omnis sors sit communis *l.* 22. §. 7 *ff Sol. matr.* nec conjugali affectu satis conveniat, ut uxor statim è lecto & societate proscribat, quem Magistratus exsulem vult, aliud apud fidas uxores moribus receptum est. Sic Sulpitia à matre Julia diligentissimè custodita, virum tamen Lentulum in Siciliam secuta est. Hosce ob mores Athenis lege in contrarium opus fuit. Quare Æschines ad Senatum scripsit hisce verbis: Mater me exsulante unà mecum navigavit, unà quoq; cum uxore, quæ mecum profecta fuit, quamvis pater eam prohibuisset, & leges fortè cogerent manere, dum mores potius, quam leges edocta fuisset. *Vid. Tolof. Syntagm. jur. univers. lib.* 11. *cap* 4. *num.* 18. Ex hisce facile constat Vxorem etiam exspectare debere maritum absentem. Sed quamdiu? Videtur Biennium *l.* 1. *Cod. de Sponsal.* Triennium *l.* 2. *Cod. de rep. hered.* Quadriennium, *l.* 7. *Cod. eod.* Quinquennium *l.* 6. *ff de Divort.* Septennium *cap.* 19. *X. de Sponsal.* Decennium. *Nov.* 22. *cap.* 14. *vers. Ideoque. cap.* 8. *X. Qui fil. sint legit.* Sed textus hi ad speciales casus maximè adaptati sunt, unde non immeritò id Judicis circumspecti relinquitur arbitrio *Salicet. ad l.* 2. *in fin. C. de Sponsal. Vid. Consult. Sax. quaest.* 12. *num.* 3. *& latè Sigism. Finkelthaus. obs.* 111. *num.* 14. ubi id præjudiciis confirmat. (5) Imprimis Uxor

Debitum Conjugale.

Uxor quoq; in auxilium venire debet ad procreandam sobolem, *l.12.Cod Qui potior in p.gn.* Hicque similinaturæ officio eâ fungi æquum est, *§ 5. Inst. de Exhær. lib.* Debitum ergo conjugale non potest denegare, sed ad id iisdem, de quibus suprà diximus, remedijs rectè côstringitur, per ea quæ ibi dicta sunt. Quid si vir ardentior sit amator in uxorem suam, anne eo casu hæc illi obsequium præstabit? Turpem hunc quidem appellat amorem Jus Canon. Mulierem tamen ab obsequendi obligatione non liberat. *Text. in c. Origo. 5. caus 32. quæst 4.* Quid si conjuges non sint habiles ad auxilium hocce mutuum procreandæ sobolis, an exinde solvetur matrimonium? Affirm. si impedimentum illud adfuerit ante contractũ matrimonium, *text. in l. 10. C. de Divort. & repud. Can. Decret. caus. 27. quæst. 2. Carpz. Jurisp Eccl. lib 2. tit. 11. def 200. & 201.* Secus a. est si impedimentũ superveniat, cùm n. conjuges utriusque fortunæ participes sint, *l. 22. §. 7. ff. Solut. mat.* & hunc casum communiter ferre debent. *text in cap. quod autem. caus 27. quæst. 2.* Hinc ait Lutherus: wie dan wann jemand ein krancfes Gemahl hat / daß ihme zur ehelichen Pflicht kein nuse worden ist / mag der nicht ein anders nehmen? Ben leibe nicht / sondern diene Gott in dem krancken vnd ware sein / dencke dir Gott an ihm hat heiligthumb in dem hauß geschicket / *Tom. 2. Jenens. de Vit conjug fol. 156. Carpz. d. l. 2. tit. 11. def. 102.* Sane ob sterilitatem non dissolvitur sanctum hoc vinculum. *Carpz. d. def. 200.* Q. An carcere, relegatione, similibusque pœnis à Magistratu Politico adigi possit conjux ad auxilium illud procreandæ sobolis? Affirm. Nam cùm certum sit hic delictum contumaciæ admitti, in arbitrio Magistratus est, quo medio contumacem coërcendum censeat. *Carpz. Jurisp. Eccles. part. 2. tit. 12. def. 108.* Ex hisce apparet marito non esse integrum,

uxor pos- ... ogi carce- ... lisque ... is ad au- ... um pro- ... ndæ sobo-

tegrum, ſeveriora remedia propriâ auctoritate in uxorem uſurpare, eo enim caſu mulier poteſt fugâ ſibi conſulere, dummodo brevi revertatur, *cap. Si quis. cauſ. 3. quæſt. 3.* Quin & injuriarum, vel probabilius in factum conveniri poteſt, *cap. 1. in fin. X. de Reſtit. ſpoliat.* Imò & ob immodicam verberationem carceris pœna locum habet, *Carpz. Pract. Crim. p. 1 quæſt. 12.* Talis maritus Iure Canon. Tyrannus dicitur, *cap. 1. X. de His quæ vi metusve.* Nugantur itaque, qui ſtatuunt mulieres longam alere comam, ut caſtigandæ facilius teneri poſſint *Tiraq. de ll. Connub. l. 1 gl. 1 num 21.* Modica interim coërcitio marito non denegatur, *l. 24. § 5. ff. Solut mat. Nov. 117. cap. 14.* Plura de hiſce vide in Conſ. Argent. *vol. 2. conſ. 52.*

SECTIO XIV.

In Perſona Patris conſiderandum auxilium, reſpectum *Pater.* involvit ad perſonâ Filii & Filiæ, quorum honori favet, eorundemque incrementum flagranti deſiderio cupit, *l. Cum quidam ff de Hered. inſtit §. fin Inſt Qui teſt. tut. dar. poſſ l. fin. Cod de Curat. furioſ. & l. Si pater. Cod. de Sponſal.* Et quidem meritò: Sapiens enim filius gloria eſt patris, *cap. Eſto ſubjectus. in fin. diſt 96.* Per filium pater nobilitatur, & ſcientia filii eſt laus Patris. *Nov. 88. cap. 1 §. Generaliter. in fin.* Scientia filii lætitia eſt Patris, G*loſſ in l. Sed Julianus. §. fin ad SCtum Maced.* Et propterea Pater plus diligit filium quàm ſeipſum. *l. Videamus. ff. de In lit jur.* Huc facit quod refert And. de Iſern. *in cap. 1. §. Publici latrones in fin. de Pace tenend. in uſib Feud.* ubi dicit: Quod coram Magno Carolo & pater & filius accuſati de homicidio, probandumque erat, alterum eorum percuſſiſſe, nec quis fecerit etiam

post torturã cóstabat. Rex finxit se ambos laqueo suspensurum, & cùm ad locum ferè venissent, videns pater actum esse, confessus est se percussisse, & sic ipse solus suspensus est liberato filio *vid. Arist. 8. Eth. cap. 12. & quæ doctè Tiraq. congessit in l. Si nunquam. num. 7. & 8. Cod. de Revoc. donat.* Hinc etiam metus amissionis filiorum pro justo habetur, æque ac mortis, *juxta l. Isti quidem in fin. ff Quod met. caus.* Secundùm hunc igitur naturalem amorem Pater ad varia liberis suppeditanda tenetur, & quidem (I) eos alere debet, *l. Si quis. §. Si vet. ff de Agn. lib. & ita Dd. in l. Quidam. ff. de Verb. obl* nec solùm filios, sed etiam eorum uxores & liberos, imò etiam neptem dotare, vivente patre inope, *per l. dedit. de Collat. bon. Francis. Vivius. in Comment. opin. sub tit. Alimentorum.* Et ideo si alius præstitit alimenta, pater tenetur restituere actione neg gest. *l. Si quis §. Si mater. ff. de Lib. agnos.* Hic occurrunt tres quæstiones.

menta.

mater a- liberos atur.

(1) An non mater æque alere debeat liberos ac Pater? Resp. Dd. ferè comm. matrem ad triennium, & tum demum Patrem alere debere statuunt, *Coler p. 1. decis. 176. num. 90. Boër. decis. 129. Alphonsus à Caranza. de Part. nat. & legit. cap. 3. § 4. num. 25.* Hinc ait gloss. *in cap. fin. Verb. triennium. de Convers. infid.*

Mater alit puerum trimum trimoque minorem
Majorem vero pascere patris erit.

Moventur *per text. l 9. C de Pat. pot.* Sed verius est eum textum tantum de nutrimento lactis intelligendum esse, patremque statim ac natus est infans eum alere debere. *l. 4. l. 5. §. 1. 7. 10. 11. ff. de Agn. lib.* Unde si mater vel noxium, vel nullum habeat lac, pater suo sumptu nutricem adhibebit, *Carpz. Jurisp. for. p. 4. Const. 27. def. 5.*

vid.

vid. Bachov. ad Wesemb ff. de Agn. & al. lib. num 4. ibiq. Hahn. (2) An alimenta debeantur filio, qui potest servire Principi, vel ire ad bellum & habere stipendia? Resp. Affirmat Gratianus *in addit. ad Decis. 38 Surd. de Alim. quæst. 18 n. 20.* Quod tamen non procedit, si probetur exstare aliquem Principem qui libenter & facilè usurus esset operâ illius, Surd. *Cons. 39. num. 14.* (3) An pater liberetur à præstatione alimentorum, si filium vult ali ab hospitali? Resp. Negatur ut pulchrè demonstrat Rebuff. *tractat. de Privilegio Scolarium. 54 in fin.* (II) Pater liberis debet dare vestimenta, *juxt d. l. Si quis. & Iason in d. l. quidam. num 32.* (III.) Liberos tenetur tradere Præceptoribus erudiendis literis, vel ut artem aliquam edifcant, *l. Qui filium. ff. Ubi pup. educ. deb. Bart & alij quos recenset Menoch. præsumpt. 192. num. 12. vers Secundus casus. & accedunt congesti à Ioh. Garzia Hispano in tract. de Expensis & meliorationib. c. 3. n. 48.* Et hinc legimus etiam Solonem tulisse legem, (ut in ejus vita auctor est Plutarchus) qua sancivit, filium non debere patri necessaria vitæ subsidia, à quo nullam artem accepisset (IV.) bona liberorum fideliter administrare debet, quorũ ille administrator legitimus est. *l. cum oportet. § ult. C. de Bon. quæ lib.* (V) Pater regulariter tenetur dotare filiam Dico regulariter, quia fallit, si filia turpiter vivat *l. 19. C. de Inoff. test.* aut intra annũ 15. sine consensu patris nubat *auth. si post. Cod. eod.* item hæretica si sit. *l. 19. Cod. de Hæret.* & denique omni casu, quo pater habet justam causam exheredandi filiam, in *Nov.* 115. expressam, cum regulare sit, quod quotiescunque non est opus relinquere legitimam, toties etiam nulla sit dotandi vel alimenta præbendi necessitas, *arg. l. 29. Cod. de Inoff. test.*

An alimenta debeantur filio qui potest servire Principi aut ire ad bellum.

An sufficiat Parentem filium in hospitali alendum dare.

Exci-

Excipiunt Dd. insuper casus sequentes: 1. Si filia sit locuples, 2. quando absq; dote nuptias contraxit, 3. quando emancipata: qui tamen nullo ex textu, quod meminerim, probantur. (VI.) Necessariò debet liberos suos heredes instituere, adeoq; ipsis etiam post mortem consulere. *l. 1. & 2. de Lib. & post. & Instit. de Exhaer. lib.* Parentes enim liberis thesaurizare debent. *cap. Cùm Apostolus. §. Prohibemus. de Censibus.* Cæterùm hæc principaliter de patre dicuntur. Nam matrem hic in partes venire certum est. Quod si enim pater non adsit, vel non idoneus sit, *l. 5. §. 14 ff. de Agnos. junct. l. 14. ff. de Iur. dot.* tunc & Mater & avus maternus ad alimenta tenentur, *l. 5. §. 1. & 4. ff. de Agnos. vel al.* Imò & frater sororem, sive consanguinea, sive uterina sit, alere tenetur, si non habeat unde vivat, *l. 13. §. ult ff de Adm. tut. l. 1. § Sed etsi. ff. de Tut. & rat. distr.* Cæteri agnati non tenentur, ut patruus, avunculus, &c. *l. 27. § 3. ff. de Inoff. test.* Sic & mater in educatione, relinquendâ legitimâ & similibus, liberis consulere auxiliumque addere debet.

SECTIO XV.

Auxilium in persona Filii considerandum consistit, (I.) In reverentia. Patris enim persona Filio semper sancta & honesta videri debet, *l. 9. ff. de Obseq. par. & patron. præst.* eumque semper honorare ex præcepto divino & humano, *l. Veluti. 2. de Iust. & jur. l. 1. §. 15. ff de Vent. in poss. mitt.* nec ullum actum adversus eum exercere, per quem existimatio, fama & honor læditur, *l. Non debet. ff. de Dolo mal. l. apud Celsum 4. § adversus 16 ff de Doli mali met. except.* (II.) In præstatione alimentorum. Parentes enim à liberis alendi sunt, si ipsi se sustentare nequeant, *l. 5. §. 1. & seq. ff de Agnos.*

& alend. lib. l. ult. §. *Ipsum autem. Cod. de Bon. quæ lib. l. 5. Cod. de Pat. potest. l. 1. & 2. Cod. de Alend. lib. cap. Ceterum. dist. 86. Bart. in tractat. de Aliment. n. 8. Surd. de Alim. t. 1. qu. 17. n. 1.* Ut verè dixerit Salomon, *Prov. 28.* Homicidam esse, qui Patri subtrahit necessaria, *Carpz. Iur. For. Rom. p. 2. const. X. def. 29.* Imò & patrem incestuosum & relegatum alere tenetur, si quidem hoc natura honestum est, *l. 73. §. 1. ff. de Iur dot. Hahn. ad Wesembec. ff. de Agnosc. lib. in fin.* (III.) In defensione personæ Patris, cui in periculo versanti ferre debet auxilium, & armis, & manu, & clamoribus, & objectu corporis, aggressores item terrere, adjutores convocare, strenuo pro Patre pugnare, & sic Patris suæ salutem præferre, denique nihil intentatum relinquere, sed quicquid potest, facere, ut salvus & illæsus remaneat Pater: *per text. ad hoc notabilem in l. Cum dominus. ff. ad SC. Silan. & l. 1. § juxta hoc tamen. eod.* si enim servi salutem domini suæ anteponere debent, multo magis filius Patris salutem, cum inter filium & patrem longe arctior sit necessitudo & cognatio, quam inter servum & dominum, deinde etiam propter summa, quibus à Parentibus cumulantur beneficia. Exemplo sit Torquatus Romanus, qui Pompejum Tribunum Plebis patrem accusantem, quod nimis duriter filium tractaret, ab accusatione patris desistere sicâ faucibus suppositâ ac jurejurando exacto coëgit, *de quo Liv. l. 3. Val. Max. l. 5. cap. 4.* (IV.) In redemptione Patris ex captivitate. Redimere enim tenentur parentem liberi, etiam propriâ pecuniâ, alioquin excluduntur ab ipsius hæreditate sive bonis, ac possunt etiam ab eo aliter liberato exhæredari *per text. expreß: in Nov: 115. cap. 3. n. 13.* nec tantum pecuniâ, sed & cor-

 pore

pore, ut patet per ſuperiora. Cujus etiam exemplum habemus in Cimone Athenienſi, qui, ut Milthiadem patrem damnatum vinculis eximeret, ultro ſe carceribus obtulit, mortem lubens oppetiturus, modo patrem à periculo ſervaret. Plura hic poſſent adduci, ſed ex hiſce de cæteris facilè erit judicium.

SECTIO XVI.

Patronus. Patronorum jus antiquiſſimum eſt. Romulus Patricios plebejis commendavit, optione cuilibet horum datâ, quem vellet Patronum eligere, more iſthoc à Græcis repetito, quod quidem jus publicâ comprobatum eſt lege: PLEBEI. QVEM. SIBI. EX. PATRICIIS. PATRONUM. VOLUNT. ELIGUNTO. *Sichard.l.3. Vet.Iur. ad LL. Rom.* Patronorum autem tum temporis erat, de jure, cujus hi ignari erant, (uti ſuperius etiam dictum eſt) reſpondere, abſentium æque ac præſentium curam gerere, in judiciis adeſſe, actionis accuſationisque impetum ſuſtinere, cænæ eos adhibere, qui officii cauſa domum Patronos comitati erant. Viciſſim clientes patronis obſequium præſtabant, modeſtè eos comitabantur, ſæpè pecunia ſublevabant egentes, captivos redimebant, belli paciſque tempore pro ſalute ipſorum curam gerebant, hujusque fidelitatis teſtimonia Kalendis Ianuar. munuſcula offerebant, *Vid. Gell. noct. Att. l. 5. cap. 13. Roſin. antiq. Rom. lib. 1. cap. 16. aliosque apud Mager. de Advoc. armat. cap. 5. per tot.*

§. 1. Quando autem hujus patronatus optima erat ratio, ideoque non inter privatos tantum ſubſiſtebat, ſed & Regna, Provinciæ, Coloniæ, Civitates, ſociæ, amicæ, victæ bello, è Patriciis eligebant Patronos, *Val. Max. lib. 4. cap. 3. Coraſ. in l. 6. §. Ne potentiore. ff. de Off. Præſ.*

Imò

Imò Provinciis, Urbibus, aliisq; rebus, Numina tutelaria, Deosque Patronos præficiebant Ethnici, *vid. Rosin. l. 3. cap. 1. Camerar. med. hist. cent. 2. cap. 10.* Hos evocare solebant tempore belli, de quâ evocatione *vid. l. 9. ibiq; alleg. à Gothofr. ff. de Rer. divis.* Generale numen, universorum curam gerens, Iovem volebant, quem inde OPTIMUM MAXIMUM appellabant, *Rosin. l. 1. cap. 5.* alias singulis etiam partibus humani corporis Deum præficiebant, *Rosin. lib. 2. cap. 19.* Christiani unum summum Patronum norunt Deum. Multi tamen ex hisce protectionem hanc dividunt, in merè divinam & quasi divinam, hanc Sanctis Cælitibus deferentes. Gallia S. Dionysium, *Guicciard. de Ital. lib. 2.* Hispania Iacobum Compostellanum, *Henr. Spandan. in Epit. Annal. Eccles. Baron. in an.* 844. Hungaria, Mariam. Polonia, S. Stanislaum. *Thuan. p. 2. lib. 57.*

Patroni E[thn]icorum.

Patronus Christian[o]rum unus An Sanct[i] sint Patr[oni]

§. 2. Quantum ad utrumque jus, tam Civile Justinianeum, quam Canonicum, certum est implorationem & Canonizationem eo probari, *t. t. X. de Reliq. Sanct.* Sic pro Sanctis habentur Maria, Archangeli, Apostoli, Prophetæ, Martyres, *l. 26. §. 1. l. 15. Cod. de SS. Eccles.* S. Michael. S. Gabriel. *Nov.* 8. Divus Petrus, *l. 8. Cod. de Summa Trinit. N. 9.* S. Gregorius Theologus & Basilius, *Nov.* 31. Theophilus Cyrillus, *l. 8. Cod. de Hæret.* Constantinus Imperator, *Nov. 28. cap. 1.* Vigilius Papa, *Nov. 131. cap. 3.* Inter sacratas sunt: Verrina Leonis Magni mater, *Nov. 3. cap. 1.* Helena, *ibid.* Thecla, *Nov. 159. pr.* & aliæ, quarum passim mentio fit. Adoratio autem Sanctorum videtur probari ex *Nov. 6. in pr.* ibi: Adorandi inspectores, *Nov.* 8. uti & reliquiarum curam habet *l. 2. & l. 3. de SS. Eccles.* Sed hæc referenda sunt ad nævos

Ador. Sa[nct.]

Juris, quos infelicitas illius seculi peperit. Nos gratias Deo agimus, qui hoc seculo docuit nos sequi dicentem Christum: Venite ad me omnes, *Matth.* 11. Qui per me ingredietur, salvabitur, *Ioh.* 10. Quid? Abraham nescivit nos, & Israel ignoravit nos, tu Domine Pater noster, Redemptor noster, *Esa.* 63. Non est aliud nomen sub cælo datum, in quo oporteat nos salvos fieri, *Act.* 4. Christus novi testamenti Mediator est. *ad Hæbr.* 12. Omnes gentes servient ei soli, *Psalm.* 71.

§. 3. Cæterum Mager. de Adv. armat. *cap* 3. *num.* 7. & 20. sæpius sanctos suppetias tulisse vivis ex historiis probare conatur, sed hisce fidem adhibere non patitur S. Scriptura, *Deut.* 32. *vers.* 11. & *vers.* 39. *Hos.* 13. *vers.* 4. nec patiuntur invicta Theologorum nostrorum hac de re scripta. Sane Angelis hominum custodiam demandari constat, *Psalm.* 91. *vers* 11. *Exod.* 23. *Iud.* 15. *Apoc.* 12. *vers.* 17. *Actor.* 12. *cap.* 15. Nec desunt, qui credant singulis Ecclesiis populisve singulos adesse angelos defensores. *Vid. Mager. d. l. n.* 16 *Camerar. med. hist. cent* 3. *c.* 13. Sed de hisce patronis non est hîc fusiùs dicendum, ut nec de aliis, veluti Patronis Fisci *de quibus in l.* 8. 10. & *seqq Cod. de Advoc. divers. Iud. t. t. Cod. de Advoc. Fisci.* nec de Libertorum patronis, *de quibus t. t. ff. de Iur. patr. t. t. ff. de Obseqq. parent. & patron. præst. It. de Bonis libert.* & passim. de hisce superius jam dictum est. Neque de Advocatia, quam habent Magnates in alios imbecilliores Status Imperii, de quâ occasione Magistratuum etiam partim dictum, totusque absolutissimus tractatus Dn. Mageri extat, quod jus comprobatur in R. I. Zu Augspurg / §. Es soll auch kein Standt. Item zu Speyer / anno 1529. §. Wie auch Churfürsten. Item anno 1544.

Item

Item zu Augspurg / §. Als Weiland. Nec hic certo definiri poteſt, quantum juris habeat patronus, quantumque protegendus, ſiquidem id pro varietate locorum, vel ex conventione, vel obſervantiâ, vel aliunde æſtimandum eſt. *vid. Mag. de Eff. Et. advoc.*

§. 4. Sed nunc aliquid addendum eſt de eo Jure Patronatus, quod habet qui Eccleſiam conſtruxit, fundavit, vel dotavit, ipſe, vel is, à quo cauſam habuit, cujus meminit. *Nov. 57. cap. 2. N. 67. c. 2. N. 123. c. 18. cauſ. 16. quæſt. 7. t. t. X. & in 6. de Jure Patronatus. vid. t. tract. Roch. Curt. de Iure Patronatus. Ioh. Nicol. de Iur. patr. Chriſtian. Weber. de Iur. patron. aliosque in Syllog. Speid. Verb. Patronatus.* Patronus Eccleſiæ.

§. 5. Quantum autem auxilium Patronus debeat Eccleſiæ, quantumque hæc illi, Dd. hiſce verſibus exprimere ſolent:

Patrono debetur honos, onus, emolumentum
Præſentet, præſit, defendat, alatur egenus.

Itaque (1) Patronorum eſt, ſolicitam curam gerere Eccleſiæ, illique vacanti in tempore de fideli dignoque proſpicere Miniſtro, alias Epiſcopus ex officio id facere poteſt, *cap. 2. X. de Supplend. negligent. Prælat. cap. 3. § fin. cap. ſi verò. X. de Iur. patr. cap. 1. eod. in 6.* Laici autem ad id 4 menſes. Clerici ſex habent. *cap. 1. §. fin. cap. Quoniam. cap. Eam. X. eod. Vid. Carpz. Juriſp. Eccleſ. lib. 1. tit. 2. definit. 15. & multis ſequentibus*, ubi jus præſentandi fusè proſequitur. Q. An Patroni etiam ſit de ludimagiſtro providere? Affirm. Carpz. *d. t. 2. definit. 14.* Cæterum ante vacationem nec præſentatio nec inſtitutio valet *cap. 2. cap. 11. X. de Conceſ. præbend.* (2) Patroni auxilium conſiſtit in gerenda cura bonorum *Patronus debet Eccleſiæ providere Ma[...]* *An Patron[us] debeat con[...] ludimagiſt[...]* *Adminiſtr[a]tio bon[orum] Ec[...]*

 Eccle-

Ecclesiæ, *cap.* 31. *&* 32. *caus.* 16. *quæst.* 7. Quod si forte per Sacerdotes res Ecclesiæ, non ut decet, tractentur, Patroni est Ecclesiæ succurrere. *d. cap.* 31. Sed poteritne Patronus Pastorem ab Officio suspendere? Resp. Neg. *cap.* 4. *&* 5. *X. h. t. Carpz. Jurisp. Eccles. l.* 1 4. 5. *definit.* 70. *num.* 4. (3) Patronus cogitur defendere *d. cap.* 31. Non tamen suis, sed Ecclesiæ sumptibus, *cap.* 16. *X de Præsc. arg. l.* 21 *ff. de Oper. libert.* Inde vocatur Defensor, Custos, Advocatus, Guardiam habens, *cap.* 3. *q.* 2 3. *& passim de Jur. patr.* Q. An reficere etiam debeat Ecclesiam? Negatur id regulariter. *Vid. late Citad. part.* 6. *art.* 5 *num.* 3. *& seqq.* Multo minus Patronus lucris se immiscere potest, *Carpz. Jurisp. Const. l.* 1. *tit* 5. *def.* 69. Ex quibus facile apparet, Patroni esse, ad eum ferè modum (quem supra de Romanis diximus) Ecclesiæ auxilium præstare.

...ensio.

Patronus ...tur refi... Eccles.

SECTIO XVII.

...lesia.

Contra Hæc illum & honore & utilitate juvat. Nam (1) Patronata (ut loquuntur) Patrono debet reverentiam & honorem. Unde eum aliis præfert, in sedendo, stando & ambulando *cap. Piæ mentis. cap. Fulgentius. caus.* 16. *quæst.* 7. Et tradit Citad. *de Iur. pat. p.* 6. *art.* 1. quòd Ecclesia eodem modo honorare teneatur patronum, quo olim honoravit libertus. Itaque permittendum etiam (2) est Patrono, insignia sua depicta in Ecclesia suspensa habere *Mascard. de Probat. conclus.* 958. quæ sine injuriâ tolli non possunt, *l.* 2. *§.* 2. *ibique Bart. ff. de Oper. publ.* (3) sedes ei singularis in Ecclesia debetur, *Abbas Panorm. in cap. abolendæ. X. de Sepult.* (4) Et sepulchrum habendi jus, *Ioach. Stephan. de Iur. Eccles. cap.* 13. *num.* 8. (5) Pro salute ejus orandum, & pro defun-

defuncti animâ Missa facienda est, ex sententia Pontificiorum, quo casu tamen generalem Missam pro omnibus defunctis sufficere ajunt *Vid. Roch. Curt. in verb. honorif. num.* 90. (6) Patrono ad inopiam redacto liberisque ejus alimenta debentur à Patronatu, ne ingrata sit, *c. Quicunque caus.* 16. *q* 7. *cap* 25. X. *de Iur. patron.* Quod verum est etsi plures sint patroni, *Roh. Curt. in verb. Utile. num.* 3.

SECTIO XVIII.

Non exigui, sed maximi momenti & summè necessarium est auxilium, quod nobis pii eruditique exhibent Pastores. Hinc ipse Christus, cujus auxilio omnem salutem acceptam ferimus, verus Pastor, *Ioh.* 10. *vers.* 7. & Pastor Pastorum dicitur *ad Hæbr* 13. *vers.* 1 10. Cæterum Pastorum officium, ut & diversos illorum gradus, & conditiones, quarum aliæ olim fuere, aliæ nunc, aliæ probandæ, aliæ improbandæ sunt, specialiter describere nostri non est instituti. Summo digito itaque tangemus tantùm auxilium, quod nobis exhibent. Id consistit (1) in eo, quod doctrinæ illius, quæ facit ad salutem, pabulum nobis, cum adultis, tum pueris, cum ægris, tum sanis, exhibent, exemplo Apostoli Pauli, qui in Ephesiorum Ecclesia nihil eorum, quæ ipsis conducerent, se suffugisse protestatur, quin ea ipsis annunciarit, & publicè, ac per singulos domus docuerit, testificando Iudæis simul & Græcis eam, quæ erga Deum est resipiscentiam ac fidem erga Dominum nostrum Iesum Christum, *Act* 20. *vers.* 20. & 21. Q. Hic an Pastor teneatur contagio infectos ad se admittere, aut requisitus ad eos in agone constitutos accedere? Affirm. Nam & Sacerdotes Veteris Testamenti, non tantum sanatos, sed & leprosos adhuc admittere,

Pastores.

Doctrina.

An Pastor teneatur a[...] cedere ad c[...] tagione in[...] ctos.

mittere, imò domus infectas intrare jubebantur, *Boer. decis.* 228. *n.* 7. Et Deus promittit auxilium in viis suis ambulantibus, *Psalm* 91. *Vid. Georg. Christoph. Gualteri. Theol. Iurid. Polit. Phil. Postill. p.* 2. *Dom.* 14 *post. Trinit.*

Exemplum. §. 191. *quæst.* 64. ubi ad contraria respondet. (2) Neque sufficit concionando verbisque verbum Dei inculcare, sed insuper fideles verbi Ministri etiam rebus factisque ædificare, exemploque suo alios ad pietatem excitare oportet. Ipsi exemplum sunt fidelium, in sermone, in conversatione, in charitate, in spiritu, in fide, in puritate, ut bonum testimonium etiam ab extraneis habeant, nec in laqueum incidant Diaboli, ut, qui se ex adverso opponit erubescat, nihil habens, quod de ipsis dicat mali, 1. *Tim.* 3. *vers.* 2. 1. *Tim* 4. *vers.* 12. *ad Tit.* 1. *vers.* 6 *& cap.* 2. *vers.* 8. *text. in l. Omnem.* 42. *Cod. de Episc. & Clericis.* Ubi requiritur ut rectæ fidei, honestæ vitæ, & omnium virtutum testimonium habeant, omnemque vitam ad Clementissimum Deum applicent, vita ipsorum honesta inculpabilis, & undique irreprehensibilis reperiatur, *Vid. Elegantem text. Novellæ.* 6. *& Nov.* 125. *cap.* 1. *Carpz. Eccles. lib.* 1. *tit.* 5. *def.* 59. 61. *n.* 10. *Reinking.*

Administratio sacram. *de Reg. secul. & Eccles. l.* 3. *clas.* 1. *c.* 7. *n.* 5. (3) Doctrinæ appendices sunt sacramenta, quæ Augustinus exinde verba visibilia vocat, hæc ergo sincerè etiam & incorruptè administranda sunt, nam Christus non tantũ docere, sed & baptizare, cænamque suam in sui memoriam cum Eucharistia celebrare jussit, *Matth.* 28. *vers.* 19. *Marc.* 16. *vers.* 16 *Matth* 26. *Marc.* 14. *Luc.* 22. 1. *Cor.* 10.

An Magistr. contemptores sacramen. ad sacram. cogere possit. Quid si monita Pastorum quis non attendat, & contumax sacramentorum contemptor ad cœnam venire recuset, an magistratus eum carcere, aliave pœnâ ad usum

Eucha-

Euchariſtiæ cogere poterit? Affirm. *Carpz. Iuriſp. Eccleſ. lib. 2. tit. 18. def. 295. & ſeqq. per. tot.* (4) Denique ita cum auditoribus ſuis agere tenentur, ut pater cum filio agere conſuevit, exemplo Apoſtoli, qui ad Theſſalonicenſes profitetur, quòd unumquemque ipſorum tanquam Pater liberos hortatus fuerit, & conſolatus, obteſtans, ut ambularent ſicut dignum eſt Deo, 1. *Theſſ.* 2. *v.* 11. Ad Epheſinos in teſtimonium vocat Presbyteros, quod per triennium non ceſſaverit, noctе dieque cum lachrymis monere unumquemque, *Actor.* 20. *verſ.* 31. Ubi opus eſt, poteſtate claviũ & diſciplina Eccleſiaſticâ, juxta tenorem & modum S. Scripturæ utantur. *Math.* 16. *v.* 19. *Matth* 18. *v.* 13. *Ioh.* 22. 13. In adiaphoris id curẽt, ut omnia in Eccleſia κατὰ τάξιν καὶ εὐσχημόνως fiant, 1. *Cor.* 14. *v.* 40. Tandem paternus ille affectus, quo pii Paſtores ſunt erga Eccleſiam, non patitur, ut eam facilè deſerere poſſint, *Vid. Carpz. Iuriſp. Eccleſ. l.* 1. *tit.* 4. *def.* 54. Cæterùm judiciorum cura olim ad Sacerdotes pertinuit, *l.* 2. *ff. de Orig. Iur.* quod poſt antiquatum, neceſſariumque judicatum eſt, ut ſolis divinis miniſteriis addicti & ab omnibus negotiis cæteris remoti ſint, *l.* 42. *l.* 52 *Cod. de Epiſc. & Cler. Nov.* 6. *& paſſim in Iure Civili & Canon.*

Paternus affectus.

SECTIO XIX.

Magnum profectò Auxilium à Paſtoribus fidelibus nobis addi ex ſuperioribus ſatis ſuperque conſtat, ut meritò Iuſtinianus id inter maxima, quæ hominibus à ſupremâ clementiâ collata ſunt, referat dona. *Text. in Nov.* 6. *in pr.* Pro hoc auxilio videamus ad quodnam redhoſtimentum teneantur Eccleſiæ membra: & quidem prima cura eſt Magiſtratuum & Imperantium, ut omnibus modis provideant Miniſterio, *Nov.* 6. *in pr.* quo nomine pro

Eccleſia.

Defenſio Paſtorum.

ipsis etiam singulariter orant Pastores *d. Nov.* 6. Sic Iosaphat collapsam disciplinam restauravit, & Principes viros & Levitas misit, ut jura docerent. 2. *Chron.* 17. Defensionem ipsis & Ministerio itaque debent Magistratus, & quidem tantò majori cum curâ quantò magis Reip. interest, Sacerdotium sartum tectum conservari. Hinc Constitutiones Imperatorum immunes esse volunt Clericos ab omni convicio injuriâ & vexatione, idque sub gravissimâ sæpè ultimi supplicii pœnâ, *text. in l.* 10. *l.* 33. *Cod. de Episc. & Cleric. capit. Si quis. caus.* 17. *quæst.* 4. Repressaliis, arrestis, pignorationibusq; non subjacent, *cap. un. de Injur. & damn. in* 6. Et inter bellicos motus ipsorum securitati prospectum est. Reuter-Bestallung *de anno* 1570 Fußknecht-Bestallung *art.* 54 Reformat. Frideric. III. zu Franckfurt *anno* 1442. *Tit.* Wer in offnen Bäden befreyet seyn soll. Sacra administrantem qui turbat capite punitur. *Nov.* 123. *cap.* 31. *cap. Si quis. caus.* 17 *q.* 4. Baso Rex Arelatensis ab Imperatore Ottone I., ob alapam Episcopo suo inter sacrificandum illatam, capitis damnatus est. *Munster.* 2. *Cosmogr.* ubi de Arelato. (2)

[Rev]erentia. Ministerio ab omnibus debitus honor exhibendus est. Hinc Justinianus Clericos & Sacerdotes vix unquam sine honoris præfatione appellat. *Vid. Nov.* 3. 7. 9. 11. 81. 83. 123. *l.* 25 *Cod. de Episc. & Cleric. l.* 4. *Cod. de Injuriis. l.* 13 *ff. de Excusat. & vacat. mun. c.* 6. *dist.* 4. *c.* 1. *q.* 1. *c. Reperiuntur.* 7. Id dandum est Majestati Dei, cujus sacris vacant, *text. in l.* 23. §. *Sacerdotio. ff. de Recept. arbit.* Nam tantò quis major & honestior est, quantò quis præest melioribus. *Nov.* 15. *in pr. Arist.* 1 *polit.* 5. Proedriam ipsis itaque jura tribuunt. *Aur. Bull. pr & cap.* 11. *R. I. de anno* 1530. §. Wie auch Churfürsten. *& anno* 1532. *tit.*

Conci-

Concilium betreffend. & Paulus bonos Presbyteros duplici honore dignos ait. 1. *Tim.* 5 *verſ.*17. (3) Omnino etiam Obedientia debetur. Obedite, inquit Apoſtolus, iis qui præſunt vobis, & obſecundate; Vigilant enim ipſi pro animabus veſtris, tanquam rationem reddituri, ut cum gaudio hoc faciant & non gementes. *ad Hebr.* 13. *verſ.* 17. Improbantur Iudæi, qui verbo Ieremiæ auſcultare nolebant, *Ierem.* 44. *verſ.* 16. Imò qui ſuperbiens auſcultare non vult, morte morietur, *Deut.* 17. *verſ* 72. (4) Cũ quilibet operarius mercede dignus ſit, & qui inſervit altari exinde ſuſtineri debeat, *vid. Deut.* 24. *Tob.* 4. *Malach.* 3. *Matth.* 10 1. *ad Timoth.* 5 *cap. Quicunq. cauſ.* 12. *quæſt.* 2. *Et cap. Non ſanè. cauſ.* 14. *quæſt.* 5. Salario ſufficienti quoque iuvandi ſunt Miniſtri. *Iuxta illud Eſaiæ, cap.* 60. Suges lac gentium, & de mammilla Regum lactaberis, *Eccleſ.* 7. 33. Id gentilibus, vel ex ſolo naturæ lumine æquum viſum eſt. Romulus dividendo agrum Romanum in tres partes, unam ſacris faciendis, ſecundam Reip. tertiam Civibus aſſignavit. *D. Halicarnaſß. lib.* 2 *Carpz. Iuriſp. Eccl. l.* 1. *tit* 7 *def.* 97. *& aliquot ſeqq.* ubi de ſalario Paſtorum agit, & de augmentis eorum, multasq; alias notatu dignas quæſtiones proponit. *Adde Reink. de Reg. ſecul. l.* 3. *cap.* 8. Quod verò in locis nonnullis prædefuncti Paſtoris viduam aut filiam ducere tenetur ſucceſſor, non ſatis rationi conveniens eſt. Difficiles inde metuendi exitus, *c. Gemma. X. de Sponſal.* (5) Denique quando diximus Paſtores Parentum affectu eſſe debere, conſequens eſt, ut Auditores in omnibus quoque filialem ſuum teſtentur amorem, omniaque illis humanitatis officia exhibeant. Sic Paulus de Galatis ait: quòd etiam oculos ſuos effoſſos dediſſent,

Obedientia.

Salarium.

Amor.

dissent, si potuissent. *Gal.* 4. *vers.* 14. Quòd si quis Pastorum se vitâ moribusque hisce indignum fecerit, non ad salutem, non quietem Ecclesiæ ædificaverit, videat M ig stratus, ne quid Resp capiat detrimenti. *R.I. anno* 1530. §. Wir haben. ibi die Prediger sollen. *Et* 1542. §. damit aber. *Carpz. Iurisp. Eccles. part.* 3. *tit.* 9.

SECTIO. XX.

raceptor. Cum superiori auxilio affinitatem quandam habet, illud, quod Præceptores nobis præstant, ab hoc totius vitæ nostræ exspectatio pendet, *Muret. Orat.* 2. Sanè ipsius Reip & liberorum interest, rectè educationem puerorum fieri, quâ neglectâ etiam ipsi Reip. injuria fieri dicitur, *Cic. Act.* 5. *in Verr. Reinh. Konig. in Theat. polit. part.* 1. *cap.* 4. Quid mirum? æquè Reip. ac parenti nascimur. *text. l.* 1. §. 15. *ff. de Vent. in poß. mittend.* Et quantum patriæ debeamus, *Vid. l.* 2. *ff. de I. & I & l.* 14. *ad SCtum. Treb. l.* 1. *in fin. ad L. Iul. Majest. l. Minimè. ff. de Relig. & sumpt. fun.* Hinc Lacedæmonii proprium Magistratum pueris educandis præfecere. *Besold. lib.* 2. *Polit. cap.* 1. Et Justinianus non inferioribus tantum artibus, sed & profundiori scientia gloriosam juventutem erudiri optat, *l. un. de Lib. stud. Urb. Rom.* Hoc ergo tam necessarium auxilium minimè negligendum est.

Doctrina. Consistit autem auxilium hocce in eo, ut non tantum doctrinâ, sed & moribus se utilem præbeat discipulo, *text. in l.* 2. *Cod. de Prof. & Med.* ut ea doceat, quæ spectant ad instructionē animæ, corporis, omniumq; rerum, quæ utiles esse possunt Reip. *Hostiens. in sum. X. de Magistris. num.* 4. Et prius quidem animo, post lingua eruditos faciat, *Constit. Iust. de Rat. & meth. juris docend.* Nil omittat, nil occultet, *cap. relatum. dist.* 37. Imprimis

mis cavendum, ne falsa & mala doceat, quod cum maximo Reip. detrimento fit. *Hostiens. d. l. n. 6.* Hinc prius specimen ipsos edere, *Canon. Apost. 79.* & judicio ordinis probari oportet, *text. in l. Magistros. 7. Cod. de Prof. & Med. Vid. Carpz. Jurisp. Eccles. l. 1. tit. 6. definit. 76.* Ut ipsos excellere constet, *d. l. 7.* In hisce omnibus singularem curam & sollicitudinem, non communem interponere debet, *text. in l. Cui præcipua. 57. ff. de V. S.* Hæc summa est, quam exactius explanat Heresbachius *in libello de Educand. erudiend. Princip. liberis. Polit. Jun. part. 2. fol. 59.* Pueris autem Præceptores, puellis præceptrices adhibentur, cum fœminas inter viros versari pudor naturalis non patiatur, *l. 14. Cod. de Contr. & commit. stip.* Hæ eâdem fide functioni huic præesse debent, *Carpz. Jurispr. Eccles. lib. 1. tit. 6 def. 74.* utriusque auxilium quod discipulis suis exhibent, non austerè, sed placidè, non tyrannico, sed amico affectu exhibendum est. Admonendi, non injuriandi animo parum bene facientes castigent. Nimia namque Præceptoris sævitia inulta manere non debet, *l. 5. in fin. l. 6. ff. ad L. Aquil. Gœdd. ad l. 57. ff. ad L. Aquil.*

SECTIO XXI.

Discipuli.

Quando itaque tam utile tamque necessarium Præceptores in nos conferunt Auxilium, ut ipsis τὸ BENE ESSE, quemadmodum Parentibus τὸ ESSE, acceptum ferre debeamus, utque ipsa Resp. illis carere non possit, sanè studia, conatus & res ipsorum quavis ope iterum juvanda sunt. Unde Magistratuum est iis providere, exemplo Friderici *in auth. Habita. C. Ne filius pro patr. &* Justiniani *in l. un. de Liber. stud. urb. Rom.* ubi singularem curam locis, aliisque necessariis ostendit.

Ex quo textu colligunt Dd. Fabrum, qui prope Doctorem vel scolarem ædes conduxit, expelli posse, *Alciat. in l. 1. ff. Solut. matr. & S. par 11. Menoch. 2. arb. jud. quæst. cas. 237.* Sed frustrà; Id enim ibidem publico Studentium cœtui, non singulis conceditur. *Dn. Wissemb. ad Pand. ff. Locat. th. 22.* Et ne auxilium illud impediatur, contra Doctorem actu legentem non potest fieri executio. Salarium. *arg. l. Medicus. Cod. de Prof. & Med.* Sunt & (2) Præceptores sufficienti juvandi salario, *text. in l. Qui filium. 4 ff. Ubi pup. educ. deb. ibiq.* pro facultatibus discentium, & dignitate natalium eorundem, *text. in l. 23. §. fin. ff. de Administ. tutor.* Imò dabantur olim & à privatis stipendia viris doctis, et si ab hisce non docerentur, ut patet ex *l. 19. §. Qui Marco. ff de An. leg.* Et quamvis nemini liceat constituere salarium ex juribus Reip., nisi cui speciali notâ constitui jusserit Princeps, *l. 1. Cod. de Salar. præbend. lib. 10. tit. 37.* In gratiam tamen Bonarum artium à municipibus id fieri potest, *gloss. in d. l. 1. & l. ambitiosa. ff. de Decret. ab ord. faciend.* Atque illud salarium solvendum est in principio anni, *juxta Bald. in l. 1. Cod. de Suffrag.* vel in medio, *Bald. in l. per hanc. Cod. de Advoc. divers. jud. Alexand. in l. diem functo. ff. de Assessoribus.* Ex quo textu & illud concludunt, quod totius anni salarium Doctoris exsolvendum sit hæredibus, licet is initio anni moriatur. Atque ad hanc remunerationem discipulum naturali jure obligatum esse, patet ex *l. 27. ff. de Donat. junct. l. 25. §. 11. de Petit. hæred.* Ideo Socrati cum multa discipuli pro sua quisque facultate donarent, Æschines pauper auditor se ipsum donabat. Publicis Præceptoribus ex publico stipendia constituuntur, *de quibus vid. late Carpz. Jurisp. Eccles. l. 1. tit. 6.*

tit. 6. *definit.* 37. *& multis seqq.* Ubi simul de Æditituis Organicis & similibus. Solent Discipuli quibusdam in locis die S. Georgii munera colligere, eorumque partem in Præceptorem, partem in conviviũ aliquod impendere, de quo more quæritur, an sit tolerandus? Affirm. *Carpz. d. t* 6. *defin.* 95. Sed annon hisce obstat gratis accepistis gratis date? *cap* 2. *X. de Magistris.* Resp. Non quod gratis quis docere, sed licentiam docendi concedere debeat. Sacra Scriptura quidem gratis Evangelium doceri vult, at in eo specialis ratio, neq; etiam Præceptor docendi peritiam gratis acquisivit. Debetur (3) Præceptoribus etiam honor, nam hi quodammodo Parentum loco sunt; Filios enim Prophetarum S. Scriptura appellat discipulos, 4. *Reg.* 4. 1. *Sam.* 10. Et Salomon quos erudit sæpe filios appellat, *Prov* 6. *Eccles.* 1. 2 4. *& passim.* Et per instructionem ad fidem & Catechismum contrahi filiationem statuunt Canones, *cap. Contracto. cap.* 5 *X. de Cognat. spirit. can. in Catechismo.* 100 *de Consecratione dist* 4. Hinc veteres & recentiores Præceptores suos Dominos appellant, *text. in l. Nesennius. ff. ad L. Falcid. Calv. in Lex. verb. Dominus.* Occasione honoris Præceptoribus debiti quæritur: An illis qui in scholis (quas vocant triviales) docent, Professorum titulus deferri possit? Neg. Carpz Jurisp. Ec. *tit.* 25. *def.* 399. in qua & seqq. res ad Academias & Facultates pertinentes explicat. Denique (4) Præceptores à Discipulis obedientiâ & quibusvis humanitatis officiis juvandi sunt, ut supr. de Pastoribus monitum est. Quærunt Dd. an Præceptor à discipulo sine venia in jus vocari possit? Negatur *arg. l.* 13. *ff. de In jus vocand.*

Honor.

Obedientia.

SECTIO XXII.

Sequitur Persona Tutoris, & in ea considerandum est auxilium, quod Pupillo præstare tenetur, ut & persona & bona ejus salva permaneant. Hinc tutor à tuendo dicitur, § 2. *Inst. de Tutel l 1. ff. eod.* Italis Difensore del pupillo. Gallis Tuteur. Germanis. ein Pfleger / Vormündt / Gerhaber / Pflegvatter / Pflegvogt / Trewhalter / Trewhander / Momper / quasi mon pere sive Pater meus, *Cluten. diatrib. Iustin.* 14. *lib.1 th.4* quem refert Besold *in Thesaur. pr. in verb.* Pfleger. I. Tenetur facere inventarium, antequam administrationem ipsarum rerum & bonorum pupilli aggrediatur. *l. Tutores. Cod. de Admin Tut.* ubi dicit textus: Tutores & Curatores mox cum ordinati fuerint, sub præsentia publicarum personarum, inventarium rerum omnium & instrumenta facere curabunt solenniter: aurum & argentum & quicquid vetustate temporis non mutatur, si in pupilli substantia reperiatur, in tutissima custodia collocetur. *l. Tutor qui repert. ff. de Adm. tutor.* & debet tutor tale repertorium conficere quamprimum potest, *gloß. in d. l. Tutores. Cod. de Admin Tut.* Et habet hoc locum in omni Tutore Testamentario, Legitimo, & Dativo, nisi Testator expresse remiserit inventarii confectionem, *l. ult. Cod. Arbit. tut.* Idem & Jure nostro Satut. Hamburg. obtinet, juxt. text. *part. 3. tit. 6. art. 14.* Es sollen auch die Vormünder / und Vorsorger / also bald nach anbefohlener Verwaltung / und derowegen geleisteter Eidespflicht / alle ihrer Pupillen und Pflegkinder Haab und Güter brieffliche urkunden und Handschrifften ordentlich / deutlich und unterschiedlich / durch einen Secretarium, Gerichtsschreiber / oder qualificirten Notarium, in beysenn zweyer unpartheyischer redlicher Personen / inventieren / und beschreiben lassen / es were dann / daß der Vatter in seinem Testament / oder wehrender Schwachheit / vor 2. oder 3. ehrlichen Mannspersonen /

(welche

(welche solches bey ihrem leiblichen Eide erhalten werden) das inventarium von den Vormündern zu verfertigen / verboten / oder ihnen erlassen hette. Quæ tamen DD. saniores ita intelligunt, ut remittente testatore confectionem inventarii, solenne duntaxat inventarium (quod tolli non potest, nisi pluribus facultates pupilli innotescant) remissum censeatur, & nihilominus tutor ad indicem aliquem conficiendum teneatur, *Hahn. ad Wesembec. ff. de Administ. & peric. tut. n 4. ibiq; Bach. Manzin. Clar.* Notandum tamen, quod Magistratus, si videat remissionem inventarii esse damnosam pupillo, potius utilitatem pupilli, quàm testatoris Scripturam sequatur. Quod si non sit remissa inventarii confectio, & tutor nihilominus eam negligat, ob dolum, qui à jure præsumitur, *Bart. in l. Tut. qui repert. in 2. col. de Adm. tut.* tenetur pupillo ad interesse, quicquid sc. ejus interest, quod non fuerit confectum inventarium, & ideò juratur per pupillum in litem contra tutorem, per quod juramentum tale interesse æstimatur, *d. l.* Imò dicit ipse text. quòd ipsum ante factum inventarium nihil gerere oporteat, nisi id, quod nec modicam dilationem expectare possit. Per allegationem tamen justissimæ causæ dolus excludi à Tutore potest, *per pr. d. l.* quarum causarum potest esse una, quod testator remiserit, ut sup. dictum. II. Tutor cogitur conficere librum rationum, & contra non conficientem etiam præsumitur de dolo, juratur in litem, & ex isto interesse æstimatur. *arg. d. l. Tutor. qui. rep. & l. 1. §. Officio. ff de tut. & rat. distr.* Et secundùm istum librum cogitur edere rationem; inde enim apparet, in quas causas fuerit exposita pecunia, cùm non credatur simplici ejus assertioni, *arg. l. fin. ff. de Exert. Auth. hoc jus porrectum. Cod. de S. S.*

Confectio libri rationum

Eccles. quæ rationis redditio jure Civ. post finitam demum tutelam exigitur. *l.* 1 *& l. Nisi finita ff. de Tut. & rat. dist.* nisi pro tutore quis negotia gessit, vel curam administravit: Hodie verò ex constit. Carol. V. facta *An.* 1548 §. Von Pupillen/ singulis annis tutor rationem reddere tenetur, adde Rudolphi II die zu Franckfurt *an* 1577. verbesserte Policeyordnung/ §. Von Pupillen und Minderjährigen. quod etiam jure Saxon. obtinet in Landr. *art* 23. *lib* 1. §. Den aber so des Kindes/ rc. & Weichbild. *art.* 40 §. Und soll den Kindern. Item jure nostro Statut. Hamb. *Part.* 3. *tit.* 6. *art.* 13 *&* 18. *Schneidw. ad §. Impubes. num* 3. *Inst. de Attilian. Tut.* uti & jure Canonico. *Clem.* 2. § 1. *de Relig. dom.* An verò hæc, ut confectio Inventarii à Testatore remitti possit ambigitur: Et puto Testatorem directò non posse remittere, quòd tutor non teneatur reddere rationem, secus per indirectum, legando tutori omne id, in quo ex causa redditionis rationum condemnabitur. Nam tutor jubetur reddere rationem administratorum, non obstante liberatione facta à testatore; hoc tamen illa liberatio operari potest, ut non teneatur reddere rationem, ita scrupulosam & exactam sicut aliàs fuisset obligatus. Cæterùm de iis, quæ ratione inventarii & rationum tutelarum quæri possunt, *vide plenissimè Besoldum in Thesaur. pract. in verbo* Pflegrechnungen, *ibique subjecto consilio. & Damhauder. de Patrocinio pupillorum.* III. Debet Tutor jurato promittere, quod velit utilia facere, inutilia prætermittere in bonis pupilli, *gloss. in § fin. in Auth. ut hi qui oblig. Cod. de Episc. audient. & l. fin. §. Si quidem & §. fin. Autem Cod. de Curat. furios. Auth. quod nunc. Cod. eod. Mandel. cons* 21 *num.* 11. *Guid. Pap. decis.* 330. & hoc expressè etiam decisum est in Reform. Guter

[Margin: ...hæc con... ...o possit ...tti?]

[Margin: ...amentum.]

Pollicey.

Policey. fact. Auguſt. *An.*1548. Rub. Von der Pupillen und Minderjährigen Tutoren und Vormündern. §. Item daß er nach befohlener &c verſ. auch mit Gelübden und Eyden beladen werde Item in der Reform. Policeyordnung. *Anno* 1577. Francf. ad Mœn. ſub Rubr. Von der Pupillen und Minderjährigen Kinder Vormünder. Item jure noſtro Stat. Hamb. *part.*1. *tit.* 6. *art.*13. *verb.* Und ſoll demnach zuvorderſt derſelbe / ehe ihm die Vormundſchafft anbefohlen / einen leiblichen Eid zu Gott ſchweren / daß er alles und jedes / ſo ſeinen Pflegkindern nutzlich und gut iſt / thun und handelen / was unnutzlich und ſchädlich vermeiden / unterlaſſen / und verhüten / deren Person und Güter zu ihrem nutzen und guten glauben verwahren / vertretten / und zum beſten verſehen wolle. IV. Tutor tenetur ad ſatiſdationem rem pupilli ſalvam fore, *l. de Die. §. Tutor & Curat. ff. Qui ſatisd. cog. Inſt. & ibi gloß. in tit. de Satisd. tutor. vel curat. in pr. l. Non quaſi in pr. ff. Rem pup. ſalv. fore.* Sed quod hoc non ſemper procedat, dicit text *in d. pr. Inſt. de Satisd. tutor.* volens, quod teſtamentarii tutores, & cum inquiſitione dati non teneātur, *gloß. in §. fin. Inſt. de Tut. l. Non omnium.* 4 *C. de Tut. vel Cur. Qui non ſatis.* ubi oſtēdit, qui tutores nō ſatisdare cogātur; Hodie ferè ſatisdatione nō utimur in Imper. R. ſed jurant tutores & curatores, ſe bona pupilli vel minoris fideliter adminiſtraturos, nec quicquā ex iis ſine decreto Magiſtratus alienaturos. Quod ſancitum primo eſt Auguſtæ Vindel. *An.* 1548. & confirmavit poſtea Rud. II. Rom. Imp. cap 31. ſuarum Conſtitut. Item jure noſtro Statut. Hamburg. *part.* 3. *tit.* 6 *art* 13. *verſ.* Und wann die Vormünder und Vorſorger dieſe obgeſetzte Eidespflicht geleiſtet / ſollen ſie ihrer Verwaltung halben / ferner Bürgeſchafft zu thun / auß bewegenden urſachen nicht ſchuldig ſeyn. V. Tutor Pupillo de alimentis providere debet, ut honeſtè educetur (de educatione verò pupilli, vid. Menoch. *Arbit. lib.* 2. *caſ* 168.)

Satisdatio.

Alimentor. præſtatio.

aliàs tutor tanquam ſuſpectus removetur, & mittitur pupillus in bonorum poſſeſſionem Tutoris cuſtodiæ cauſa, ut ſibi de mala adminiſtratione certius ſit cautum, § *Suſpectus.* & §. *Si quis Inſt. de Suſp tut. l. fin ff. Ubi pup. ed. deb.*. Qualiter autem alimenta decerni debeant, traditur *in l. Jus alimentorum ff. Ubi pup. ed deb.* ſc. ne totum patrimonium alimentis deputetur, ſed ut aliquid ex reditibus reliquum maneat, & hoc pro ætatis ratione, *vid. Gail. Obſ.* 8. *num.* 4. *lib.* 2. quomodo ad arbitrium boni viri pro dignitate, modo facultatum, &c. præſtentur & conſtituantur, & quo jure debeantur & petantur, conſuluit *Decian. in conſ.* 9. *num.* 42. & *ſeq. vol.* 1. VI. Tutor tenetur, omnia durante tutela gerere, & obligatur tam de omiſſo, quam facto, & de dolo, culpa lata & levi, *l. Tutori. Cod. de Neg geſt. l. Quicquid. Cod. de Arbit. tut. l.* 3. § *Ubi tutoris ff. de Suſpect. tut. l. Contractus. de R I.* Non autem tenetur de amiſſis caſu fortuito, & ſine ſuâ culpâ. Sic Tutor qui commiſit res pupillares argentario ſolidiſſimæ fidei, & cui alii credere ſolebant, non tenetur caſu, quo poſtea auffugiat argentarius, *l. Si res pupillares. ff. de Admin tutor.* Et Jure Saxon. Weichbild. *art.* 26. *ibid.* Wann ers bewahret / als obs ſein wehre / kompt es weg / oder zu ſchaden ohne ſeine verwahrloſung (die er aber beweiſen muß mit ſein ſelbſt hand) verbleibet er ohne ſchaden. & *art.* 21. *l.* 1 LandR. *ibi:* Und iſt der Kinder Vormund daran biß ſie zu ihren jahren kommen / ſo ſol ers ihnen hernach wieder geben / und darzu alle ihr Gutt / er könne dan berechnen / wohin ers in ihrem nutzen gethan habe / oder daß es ihme raublich / oder durch unglück und ohne ſeine ſchuld abgangen wehre. VII. Tutor pecuniam pupilli tenetur convertere in pupilli utilitatem, & in emptionem prædiorum collocare, tutius enim eſt adverſus omnem injuriam fortunæ, & amiſſionem, facultates pupilli in ſolo conſiſtere, itaq; ſi ceſſet

in

...dminiſtra-

...ecunia in ...

in emendo, & pecuniam relinquat otiosam, ad usuras tenetur, *l. Tut. qui repert. §. Si post ff de Adm. tut. ibi Wesemb.* Quæritur hic: an etiam pecuniam pupilli Tutores fænori exponere teneantur. Et Resp. Quod Jure Civili novissimo regulariter ad id obligati non sint, sed pecuniam cautè reponere debeant, *Nov. 72. cap. 6. Auth novissimè. Cod. de Adm. tut. Biccius in Aureis. Sect. 1. th. 50.* Quod tamen fallit, si pupillus non habeat unde vivat. Jure vero Civili veteri (Digestorum sc.) tutores cũ pecuniâ pupilli fœnerari tenentur, per expressam *l. 15. de Adm. & peric. tut.* Cum quo consentit jus nostrum Stat. Hamburg. *part. 3. tit. 6. art. 16.* Ita ut si pecunia numerata adsit, illam à tutore licito lucro & fœnori exponi oporteat, per verb: Ebenmessig sollen auch die Vormünder/ was an Baarschafft vorhanden / zum besten an gewisse Zinse anlegen/ damit sie einen zimlichen genieß und abnutzung daran haben mögen. quod in favorem pupillorum & utilitatem ubique ferè locorum iterum receptum est, *Carpz. part. 2. c. 11. def. 22. Hahn: ad Wesemb. tit. de Adm. tut.* & hoc summam rationem habet, quod tutor sc eam diligentiam debet adhibere in administratione tutelæ, quam quilibet diligens paterfamilias suis rebus adhibet, qui profectò suam pecuniam non relinquet otiosam, sed si potest fœnori exponet. Imò tutor sæpè utilitatem pupilli debet præferre propriæ, ubi non agitur de periculo animæ, *Bartol. in l. Videamus, in verb. Compendii ff de de In lit. jur. & in l. Tutor. ff. de Administ. tut.* VIII. Tutor debet pupillum tam in judicio, quam extra illud defendere, causasque ejus seu lites suscipere, quare & ipse tutor non pupillus citandus est. Sentenția tamen pro pupillo lata in favorem pupilli valet. *Vid. Mynsing. Cent. 2. Observ. 35. & 36.*

An Tut. p[...] pup. fœner[...] exponere c[...]gatur?

Defensio i[...] judicio.

Possent hic plura addi, sed quoniam Communiora & passim ab Interpretibus ad Instituta ff. & C. tractata sunt, vela contraho, eôque ut & ad Damhauderium de Patrocinio Pupillorum Lectorem remitto.

SECTIO XXII.

Pupilli. Dignum sanè auxilium illud tutoris est, quod alio subsidio compensetur à pupillis. Hi itaque illis, quos parentum loco agnoscunt, *Harprecht. ad §. 4. Inst. de Suspect. tut.* quique vice dominorum esse dicuntur, *l. Interdum. 56. §. 4. ff. de Furt. l. 11. §. 7. ff. Quod vi aut clam.* *Honor.* meritò (1) honorem & obsequium deferunt, *Ephes. 6. Rom. 13* atque in genere omnem gratitudinem. *Vide eleganter Damhauder. de Pupillorum patrocinio.* (2) *...ogatorum ...ditio.* Tutor non tantùm omnia illa, quæ pro pupillo, vel ratione ejus (veluti in alimenta sororis ejus, *l. Qui filium ff. Ubi pupill. morar. vel educar. Cuman. consil 88.*) expendit, contraria tutelæ actione repetit, *l. 1. §. Præterea. l. 3. pr. ff. de Contrar. Tut. & utili. act.* ex evidenti ratione, ne damnosum habeat officium, *l. Si quis. ff. Quemad. test. aper.* sed etiam sæpè salarium consequitur, *l. A tutoribus. §. fin ibique Bartol. ff. de Adm. Tut. & Cur.* Id verò regulariter non fit, sed tutela suâ naturâ gratuitum est officium, *Gloss. in l. In eos verb. datus. ff. de Tutel. & gloss. in l. 1. § Mandatum. ff. Mandati. Guid. Pap. quæst. 68.* Tunc autem maxime accipit salarium tutor, cum est pauper, nec se sustentare potest, *arg. l 1. §. Si pupill. ff de Tut. & rat. Damhouder. d. tr. cap. de Tutorum & curatorum mercede. n. 10. Surdus de Alimentis. lib. 1. quæst 47. n. 3.* Item si cogatur propria negotia deserere, *Gloß. Bart. & DD. Comm. in l. à Tutoribus. §. fin. ff. de Adm. tut.* quo casu salarium non tantùm Iudex, sed etiam contuto-

tutores constituere possunt, *arg. l.* 1. §. *Si pupillus. ff. de Tut & rat. Surd. d. l. n.* 8. Illud extra dubium est, quod pupilli causâ profectus tutor secundùm qualitatem personæ suæ alendus sit, ita ut honestæ personæ & primariæ vinum, pulli, & ejusmodi: Rustico vero licet diviti allium, fabæ, pisa, lac & similia dari debeant. *Damhouder. d. l. n.* 13. *Vide text. in l.* 1. § 9 *ff. de Tutel.* (3) Tutor Dom. administrans si habitet cum pupillo in ejus ædibus, non tenetur ei solvere pensionem domus. *Bald. & DD. in d. l.* 1 §. *Sed si munus ff de Tut. & rat.* Quæritur an Tutor sumptibus pupilli receptorem possit constituere? Quod regulariter negat Damhouder. *d. l. circa fin.* (4) Etiam hoc addit Glossa, quod tutor ab intestato Suc possit succedere pupillo, deficientibus agnatis, *Glossa in l. Quo tutela.* 73. *ff de R. I.* Quod Baldus *in l. Nutricatoribus. C. Comm de Succession.* restringit, ut succedat demum post fiscum. Sed rectius Bartolus id simpliciter negat. Nulla enim lex, hanc successionem agnoscit, Imò *d. l. Nutritoribus* contrarium dicit. *ubi Bartol.* Atque hæc quæ de tutoribus diximus, pleraque etiam in Curatoribus locum habent.

§. 1. Cæterùm quemadmodum tutores parentum loco Compatr quodammodo sunt, ita & Compatres hisce non absimiles sunt. Compaternitas autem illa, sive paternitas spiritualis die Gevatterschafft / jure Canonico imprimis magni æstimatur, majorque quàm carnalis affinitas, *c. Ita diligere. & c. seq. caus.* 30. *q.* 3 Unde Abbas dicit, Ecclesiam sæpè dispensare contra carnalem, non verò contra hanc. *in c. fin de Purgat. Canon.* Unde non mirum est exinde matrimonia impediri, aliosque ejus effectus esse, *l.* 26. *C.*

de

de Nupt. t. t. X. de Cognat. ſpirit. Conſil. Tridentin. ſeſſ. 24. *c.* 4. Inter quos & hunc referunt, quod Pater ſpiritualis filiũ in caſu neceſſitatis, ſi alios conjunctos non habeat, teneatur alere, *Bald. in authent. Niſi rogat. C ad SC. Trebell.* & vice verſa, quod filii Patribus ſpiritualibus non tantùm honorem debeant, eosque ſine veniâ in jus vocare nequeant, *Pivius. Commun. Opin. verb. Filius vocare.* Sed quod eoſdem nutrire quoq; teneantur, *Surd. de Aliment. tit.* 1. *q.* 21. honoraria ad id competente actione. *Tiraquell. de Piâ causâ. cauſ.* 21. *q.* 9. Sed (ut recte monet Speidel. in Speculo. verb Gevatter / Gevatterſchafft / Paten /) vix videbis unum aut alterum caſum practicatum. Plura de hiſce vide apud eundem, ibique allegatum Wehnerum, Cottam, Caniſium & alios.

SECTIO XXIII.

[Ad]vocati. Utile etiam & neceſſarium eſt auxilium Advocatorum, cùm enim cauſa antequam deferatur, in judicium cum peritis in jure conſultanda ſit, num jus agendi vel defendendi adſit, maximè ſi valdè dubia eſt reſolutio, & litigans imperitus, *l. Si aviam. Cod. de Ingen. man. l. Licinius. ff. Quib. ad lib. proc. non lic. cap. Ponderet.* 50. *diſt.* Litigantes meritò Advocatos peritos adhibent, quibus tutò ſe & ſua committere poſſint, ne cœcâ ignorantiâ ducti litibus ſeſe involvant, & jacturam rei controverſæ ſubeant, imprimis cum eam ob cauſam illorum officium inventum ſit, ut iis ſuccurratur, qui jus ſuum tueri, & cauſam dicere ignorant, *Menoch. Arbit. caſ.* 369. *cent.* 4 *lib.* 2. ac adeò eorum officium neceſſarium & utile vocatur, ut nihil optabilius excogitari poſſit, uti multis probavit *Zamorens. in Spec. vit. human. cap.* 16. & videre eſt apud *Ioh. Baptiſt. Mogonium. de Vera patrocinandi*

ratione

ratione & Methodo. vid. Speid. verb. Advocatus. quapropter etiam immunes ab omnibus, uti Legum Professores, iisdemque gaudere privilegiis, tradit Menoch. *Arbit. jud. l. 2. cent. 4. cas. 379. num. 3. ibique permulti allegati.* Unde etiam eleganter Leo & Anthemius Cæsares, *l. Advocati. 14. Cod. de Adv. div. jud.* Advocati, qui dirimunt ambigua fata causarum, suæque defensionis viribus in rebus sæpè publicis ac privatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non minùs provident humano generi, quàm si præliis atque vulneribus patriam parentesque salvarent. Nec enim solos nostro Imperio militare credimus illos, qui gladiis clypeis & thoracibus nituntur, sed etiam advocatos; militant namque causarum patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem vitam & posteros defendunt. Hinc & togati milites vocantur, *Val. Max. l. 7. cap. 7. in i. Exemp.* Et inter egregias Personas connumerantur, *Menoch. Arbit. jud. l. 2. cent. 1. cas. 7. n. 10. Et Bart. in l. 1. de Advoc. div. jud.*

§. 1. Auxilium verò præstant litigantibus Advocati. (1) Si opem implorantibus libenter succurrant, causas illorum accipiant bonâ fide, quod si denegent sine justâ causâ, ad id cogi possunt, aut foro carere jubentur, *l. Provid. 7. C. de Postul. l. 1. §. ait Prætor. eod. l. Nequicquam. 9. §. Observare. de Off. Proconf. Et Bart. in l. Sancimus. in t. de Adv. div. jud. gloss. in l. 22. verb. Consensu. de Prox. sacr. scrin. Et ibi Bart.* Et cùm omnis, qui insignia alicujus artis vel officii habet, teneatur operam suam in eo præbere postulantibus etiam invitus, *l. 1. & ibi Bart. Furti. adver. naut. &c. Et Baldus. in l. Filiusfam. §. Invitus. ff. de Procur.* proinde meritò Advocati ad id

Promptitudo succurrendi.

munus cogi possunt. Hinc Advocatos & Procuratores in causis pauperum ut serviant, compelli videmus in Camera aliisque Iudiciis. *O. C. p*, 1. *tit*. 19. §. *fin. Mynſ. cent*. 4. *Obſ*. 31. *Geil* 1. *prac. Obſ* 43. Qua in re tamen attendendum, ne unus præ alio gravetur, & ut illis magis parcatur, qui jam ante multitudine causarum onerati sunt, *Rodm. Pand. C. lib*. 4. *tit*. 5. *in not*. (2) Si res controversas in jure & facto summâ cum industria perpendant, videant diligenter & accuratè litis instrumenta & acta: prævideant, quæ adversarius pro se adducere possit, quid contra proponi, & paratas afferãt solutiones, *vid. Concept*. Der Newen Cammergerichts-Ordnung. *Anno* 1613 *part*. 3. *tit*. 49. §. 8. *verb*. Und wird den Advocaten mit ernst eingebunden/ ihrer Parthenen Notturfft in jure & facto mit höchstem fleiß zu ponderiren und zu erwegen / damit die Parthenen durch Fahrlässigkeit in ihren Rechten nicht vernachtheilet. (3) Si Supplicationes, ut & alia scripta subscribant, vel illis sua nomina subscribi curent, cum aliàs non admittantur in judicio. *d. Concept. d. t. & §*. Und wird den Advocaten mit ernst eingebunden / die producta selbst mit eigener hand / und nicht durch ihre Substituten zu unterschreiben. Ab hac subscriptione immunes Statuum consiliarii actuales. G. B. 9. *Ian. Anno* 1660 § 3. Quod verò reliquos Advocatos causæ attinet, hodie sufficit eorum nomina per alium Productis subscribi, G. B. 13. *Decemb. Anno* 1659. §. 4. (4) Si lite in judicium deductâ omnia candidè agant, solùm justitiæ finem præ oculis habeant, processumque maturent, si enim hi lites protrahant, arbitrariè puniri possunt, *l. properandum*. §. *illo. Cod. de Iudic. Par. de Put. in tractat. Syndic. tit*. 13. *de Exceſſ. Adv. Specul. in tit. de Advocatis. Carpz. Reſp. l*. 3. *t* 4. *Reſp*. 32. *n*. 13. *ubi id præjudiciis confirmat* Reform guter Policey *Anno* 1548. *tit*. 32. *Et R. I. Anno* 1577. *tit* 35.

[Margin: *Causa consideratio.*] [Margin: *Subscriptio Supplicat.*] [Margin: *Bona fides.*]

Q. An

Q. An Advocato liceat cavillationibus uti? Resp. Licet quis non debet de victoria magis quam de veritate esse sollicitus, quoniam id vitium, ut Cic inquit maximè contra prudentiam est; Tamen receptissimum est apud omnes, licere Advocato bonam causam falsis rationibus tueri, & fraudem fraude trudere. Imò pro consilio est, plurimas semper rationes judicibus afferendas verisque falsas immiscendas, cum indocti plerique qui justo argumento fidem non adhibuerunt, futili moveantur, confirmatur *per cap. Dominus. caus. 23. quæst. 2. Dec. in l. 64 ff. de R. I Tiraquell. de Vtroque in Præfat. n. 71. Myns. 3. Obs. 6. Wesembec. in Par. Cod. de Advocat. diversor. judicior. B. Bologn. in Rep. auth. C. Ne Filius pro pat. n. 94.* Dissentit *D. Wissemb. ad ff. de Postuland. ibiq; Gœd. & Alciat. in l. 177. de V. S. Covarr. 1. Resolut. 9.* Græci dixere: ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός. *A fraude justâ nec Deus quidem abstinet.* Quæ tamen non simpliciter, sed cum magnâ cautelâ demum probanda sunt. (5) Si secreta clientis celent, prodentes enim clientes suos tenentur erga ipsum clientem ad omne ejus damnum, & interesse ac etiam pœna prævaricationis & falsi, sicut scribunt B*art. in l. 1 ff. de Prævar. Angl. Aret. in tract. Maleficiorum. in verb. Falsario. num. 49. Bosius in tract. caus. criminalium. in tit. de Carcerat. fidei. laxand. n 30. Menoch. Arbit. jud. lib. 2. cent. 6. cas. 537. Carpz. Resp. l. 3. tit. 1. Resp. 3. num. 1. 2.* Propriè quidem prævaricatores non sunt, *l. 1. § Is autem. ff. de Prævar.* Impropriè tamen hoc nomen obtinere possunt, *l. 3. § 2. eod.* (6) Si litem ad finem perducant, quod si desinant mercede acceptâ, & in aliam partem transeant, prævaricatores etiam dicuntur, quo crimine damnatum fuisse Tuscillium, quod Vicentinorum causam deseruisset,

An Advo[…] lic. cavil[…]

Taciturni[…]

Causa pro[…] motio.

ruiſſet, ſcribit Plinius ad Valerianum, & recenſet Alciatus *in d. l. Prævaricatores. de V. S.* ubi negat eum prævaricari, qui juribus viſis patrocinium ſuum denegat, ſi modo illius adverſarium adjuvare recuſet. *Menoch. Arbit. lib. 2. cent. 4. caſ. 323.* Q. An Advocatus qui patrocinium ſuum promiſit, teneatur abire in alium locum, ut cauſam proſequatur & defendat. Reſp. Vlpian. *l. 1. §. Non ſolum. ff. de Procur.* durum eſſe, quod provinciam exire debeat. Sed hic inſpiciendum utrum locus ille remotus, an vicinus, primò caſu nó tenetur eò proficiſci, ſecundo verò caſu tenetur. *Accurſ. ad d. l. in gloß. in verb. Tribunali. in fin.* Quis verò remotus dicatur locus Judicis arbitrio eſt reliquendum. *Menoch. Arbitr. jud. l. 2. cent. 6. caſ. 565.* Hæc ita, ſi vel ex tacita vel expreſſa conventione, ſtatuto, aut conſuetudine aliud non appareat.

...n Advocatus teneatur ...r ſuſcipere ob ...uſam.

Sectio XXV.

...lientes.

Advocati, quorum commodis inſerviunt, ab iis etiam meritò meſſem colligunt; non quidem nomine mercedis, quia non dicuntur locare operas, ſed ſub amicitiæ ſpecie præſtare officium ſeu mandatum ſuſcipere, quod gratuitum dicitur. *l. 1 ff. Mandati.* quanquam remunerandi gratiâ honor interveniat, *l. Si remunerand. 6. eod.* Et proinde quod Advocato datur, potiùs honorarium, quàm merces dicitur, quia honorandi cauſa datur, nec merces dici poteſt, cùm ſcientia legalis, quæ hic exigitur, pretio nummario non poſſit æſtimari. *l. 1. §. Proinde. ff. de Var. & ext. cognit.* Olim quidem Lex Titia prohibebat, ne quis ob cauſam orandam pecuniam donumve acciperet; Sed poſtea ubi Advocatorum officia facta ſunt neceſſaria, neceſſe etiam fuit illis ſalaria dari. Hæc igitur

...alarium.

tur 1. Clientes Advocatis suis præstabunt, aliàs non tenentur amplius patrocinari, quia si ex sui parte non implet Cliens promissa, neque Advocatus obstrictus est. *l. Iulianus. §. Offerri. ff. de Act. empt.* Imò pro jam præstito Patrocinio salarium illud, quod Clientes sposponderunt, petere possunt Condictione certi, si certum sit promissum, si incertum sit, Actione ex stipulatu, *§. 1. de Ver. obl.* Si sine stipulatione tantùm pacto nudo promissum, conditione ex *lege 1. Cod. de Suffragio.* Si nec conventum, nec promissum sit, Officio Judicis. Idque ob favorem publicum, *vide Wissenb. ad Pand. disp 32 th. 16 Geil. 1. Obs. 44 Tolos. Synt. l 49. cap. 8. num. 8. Menoch. Arbit. l. 2. cent. 6. cas. 513. ibique plures citati.* In Camerâ Imperiali Advocatis & Procuratoribus contra litigatores principales, salarium debitum ipsis non solventes, decerni solebant mandata monitoria, de quibus vide latius *Geil. 1. Observ. 44. Denais. in verb. Monitorium. R. I. 1557 §.* Im fall aber. Dum modo licitam summam non egrediantur. Sunt tamen, qui confirmari juramento pactionem existimant, qua cliens ultra summam licitam promiserit, *Guid. Pap. quæst. 190.* Quod tamen negat Alciatus, quia Advocatus eo casu delinquit, & repetundarum tenetur *l. 1. l. 5. in fin. ff. ad L. Iul. repetund.* Sanè in Camera Imperiali Advocati & Procuratores, cum recipiuntur, jurant, quod ultra taxatam à Judice summam nihil à partibus exigere velint. *O. C. part. 1. tit. 63. & tit. 46, Geil. 1. Obs. 44. n. 4.* Quod cùm à jure Civili etiam non sit alienum, *text. in l. Si sub specie. C. de Postuland. gloss. ibid.* Alciati sententia meritò præferenda est. Licitam verò summam Ulpianus dicit: *in l. 1. §. 12.* esse 100. aureos. Et Tacit. *lib. 11. Annal. cap. 7.* ait: Claudium

dium capiendis pecuniis posuisse modum, usque ad dena sestertia, quem egressi repetundarum tenerentur. Ergò quæ dena sestertia effert Tacitus, ea Ulpiano dicuntur centeni aurei, maximum patrocinii Forensis è legibus honorarium. Sed profectò haud maximum si aureum (ut vulgò hodie malè fit) ejusdem valoris esse dicas, quo

r Aurei ani. nostri Floreni Rhenani. Nos ergò hic obiter ad veram summam reducemus. Dena Sestertia vel decem millia sestertium idem esse certissimum est; centum igitur aurei faciunt decem millia sestertium, exinde facilis computatio, unum aureum continere centum sestertios nummos; Iam verò 100. Sestertii nummi faciunt 25. denarios, & sic aureus habet 25. denarios. 10. verò denarii faciunt nostrâ pecuniâ unum Scutatum, Ducatonem, aut Philippæum. Ergò 25. denarii & sic aureus faciunt duos scutatos & dimidium, quorum scutatorum singuli faciunt Imperialem & quadrantem, German. Ein Ducaton ist 5. Reichsorth. Summa igitur centum aureorum se extendit ad $312\frac{1}{2}$ Imperiales. Et hoc profectò dignius Patrocinii forensis è legibus honorarium, quam 100. Floreni Rhenani, quæ summa ex aliorum computatione descendit. Vide de his Nobiliss. & Celeberrimi Viri, & à me Parentis instar venerandi, *Ioh Fred. Gronovii tractatum de Sestertiis seu Vetere pecunia*, *lib. 2. cap. 5. pag.* 181. Illud constat, quod Advocatus de quotâ litis pacisci non possit, *text. in l. Quisquis. §. Præterea nullum. & l. Si qui. C. de Postuland. l. Si contra. C. Mandat. l. Sumptus. ff. de Pact.*

[Res]titutio [imp]ensarum. (2) Clientes debent restituere Advocatis impensas, Abbas *in cap. finem litibus. num* 29 *de Dolo & contumacia.* Non vero mulctam, quam advocatus suâ culpâ solvere coactus fuit. Concept. der newen Cammergerichts

richts Ordnung. *Anno* 1613. *part*. 1. *tit* 66. §. *ult*. Wie wir dann den Advocatis bey ihren Pflichten und Eyden / so sie zum Cammergericht gethan/ und bey unnachlässiger Straff hiemit einbinden/ und befehlen / von ihren Clientulis und Partheyen / solche auß selbst eigener verwirckung verursachte Straffe ihnen wider zugeben oder zu erstatten/ nicht begehren / oder auch da ihme dieselbe angebotten / welcher gestalt oder in was schein daß es geschehe/ nicht anzunehmen. Idem *R. I. de Anno* 1654. § Gleicher gestalt. 98. Cæterùm quæ hic de Advocatis diximus pleraque ferè etiam hodie de Procuratoribus prædicari possunt.

SECTIO XXVI.

Non minus utile necessariumque nobis est medicorum auxilium quam Advocatorum, qui exinde tum in populo Dei, in maximâ fuere existimatione (Professio ipsorum appendix quodammodo fuisse sacerdotii videtur siquidem inspectio lepræ ipsis demandata erat. Et Jehova ipse non indignatur medicum se vocare populi sui, *Exod*. 20) Sed & apud Græcos, aliosq; populos. Apud Romanos verò veteres non magni æstimati sunt. Plerique ipsorum servi fuere, ut ex Ciceronis oratione pro Cluentio & aliunde constat. Iulius Cæsar primus ipsos civitate Romanâ donasse traditur. Augustus à Musa liberto Medico liberatus, eidem & jus aureorum annulorum & ingentem auri vim dedit, & statuam prope signum Æsculapii posuit, & universo Medicorum Ordini immunitatem munerum dedit *Dion*. 53. *Sueton. in Iulio*. Id postea sub Vespasiano, & Adriano & Antonino confirmatũ est, *l. ult. ff. de Munerib*. Deinde certus eorum numerus definitus fuit, *l*. 6. *ff de excusat tut*. *l*. 1. *ff. de decret. ab ord. faciend*. Denique annonæ ipsis ex publico tributæ, multaque alia beneficia addita fuere, *Vide Gothof. ad l. archiatris*. 9. *C. de Professor. & Med. Vide lib*. 13. *Codicis Theodosiani, tit*. 3. Ubi passim privilegia ipsorum *Medici.*

confir-

confirmantur, & Medici in *l.* 14. dicuntur artis salutaris & necessariæ Professores. Sic ergò primis temporibus Medici apud Romanos fuere, uti nunc Magni artifices apud Turcas, sine distinctione an Medici proprie dicti an chirurgi fuerint. Nam hæc vocabula promiscuè in jure accipiuntur & per Medicos Chirurgi intelliguntur, *Paul.* 3. *sent.* 23. *l.* 4. *ff. ad L. Cornel. de sicar. l.* 7. §. *ult. ff. ad L. Aquil l.* 3 *ff de Extraord. cognit.*

§. 1. Salutare autem illud & necessarium Medici auxilium versatur circa muniendam, reparandam, cõservandamque corporis sanitatem. Quem auxilii optimi optimum finem ut assequantur & Medicus & æger, complura sunt necessaria, quæ nunc non ex Æsculapii fontibus (Nec enim falcem nostram in alienam mittemus messem) sed ex jure nostro & ejus Interpretibus generaliter assignabimus. (1) Lex vult Medicum & peritum & probum. *l.* 1. *ff. de Decret. ab ord. fac.* Frustra sanè auxilium ab indocto expectaveris Medico. Et cùm juxta unanimem Canonistarum sententiam, quam Medici sequuntur, *Paul. Zachias quæstion. Med. legal. lib.* 6. *tit.* 1. *quæst.* 11. sine mortali peccato Medicus non possit non cognito morbo medicamenta adhibere, sanè imperitus salvâ conscientiâ auxilium ægris impertire haud potest. Quid ergò de empiricis, aromatariis, & id genus hominibus morbis curandis sese immiscentibus dicendum? Toties ferè errant quotiens curationem aggrediuntur, secundum *Zachiam d. l. ibiq; Galen.* Quid de Judæis? Mortem appetere videtur, qui à Judæo sanitatem exquirit: cùm sine auxilio Christi Salvatoris sanum se fieri posse opinetur: *ita Gualter. in sua Postill Dom.* 24. *post Trinit.* § 375. *per cap. Quia sine Salvatore.* 7. *caus.* 26. *q.* 2.

Sed

Sed durior illa eſt ſententia. Nec textus ille de Judæis, ſed Magis loquitur. Adſunt Judæi etiam Doctores Medicinæ, quorum peritiam multi conſulere poſſunt, firmâ manente fide in Chriſtum. Jure Canonico tamen ſub excommunicationis pœna prohibitum eſt in ſuis infirmitatibus Judæorum uti medicamentis. *cap. nullus.* 13. *cauſ.* 28. *q.* 1. Imò nec cum illis habitandum aut manducandum, *d. c.* 13. *& c.* 14. *add. tt. & c. Ad hæc. X. de Iudæis.* Sed id rigidius fortè. Jure Cæſareo inter Cives Romanos cenſentur, *l* 8. *C. de Iudæis.* Et mitius cum illis agitur ex Receſſibus Imperii, Policey-Ordnung zu Franckfurt/1577. & paſſim. Non tutum tamen eſt Judæorum uti medicamentis, pro quibus, ut Chriſtianis noceant, Venenum ſæpè porrigunt. Didicere id non ſine ſuo magno malo Imperator Carolus Calvus, Ioachimus Elector Brandenburgenſis, & alii. *Calviſ. ad A. C.* 877. *&* 1571. *Gualth. d. l.* (2) Jus Canonicum in Medico deſiderat prudentiam, in eligendo commodo medendi tempore. Extra hanc non curat aut auxilium fert, ſed occidit, *cap. Abſit.* 26. *diſt.* 50. (3) Non ſufficit ut Medicus medicinam & peritè, & fideliter, & debito tempore præſcribat, ſed requiritur inſuper ut etiam caveat, ut à pharmacapola rectè præparetur. H*oſtienſ. in Summ. tit. X. de Ætate & qual. §. Ordo.* (4) Medicus non facilè debet recedere à latere ægri, ſi ingraveſcere videat morbũ, *Idem d. l. text. in §. Præt. Inſt. de L. Aq.* Et talis puniendus eſt, qui ita deſerit infirmum, *Vincent. Caroc. de Locat. & conduct. q.* 16. quod verùm eſt, licet infirmus non ſolvat, *Caroc. d. l.* Quid ſi æger non obediat præceptis Medicorum? Tunc deſerere licere ſtatuunt DD. Comm. quorum ſententia rectè limitatur ita, ut ſpectetur,

Electio te[...]

Cautio in præparan[...] *medicam*[...]*tis.*

Præſentia

tur, an in levioribus inobediens ſit æger, an in gravioribus. *Paul. Zachias lib. 6. tit. 1. q 6. n. 3.* Sed anne Medicus mederi tenetur etiam in loco contagioſo? Aff. *vide Zachiam d. q. 3.* ubi in antecedentibus & ſubſequentibus errores Medicorum commiſſionis & omiſſionis fuſiùs perſequitur.

monitio. (5) Quoniam auxilii humani ſucceſſus pendet ab auxilio divino, Medicus ægrum ad ejus implorationem & pœnitentiam invitare tenetur. *c. Cum infirmitas. 13 X. de Pœnit. & remiſſion.*

ſcientia. (6) Denique Medicus quilibet ad ſuam cōſcientiam recurrere debet, *arg. c. Ad aures. X. de Ætat. & qualitat. & c. un. X. de Homicid. l. 6. §. 7. ff. de Off. Præſ. Socin. ad c. ad audientiam. de Homicid. n. 31.* Non ergò contra conſcientiam morbum nimium exaggerabit, aut ſalutem certius, quam par eſt promittet, *Gualter. d. l. Zachias lib. 6. t. 1. q. 3. n. 7.* nec magis pecuniæ, quam vitæ rationem habebit, *Cap. Non ſatis. 14. diſt. 86.* Quod ſi verò non ſalutem ægri quæſiverit, ſed adverſa medicamenta dederit, pro qualitate facti punitur, *l. 3. ff de Var. & Extraord. cognit. l. Illicitas. ff. de Off. Præſid.* Si ex imperitia perperam quid fecerit, ex vero delicto tenetur, § 7 *Inſt. ad L. Aq. l. 8. §. fin. ff. ad L. Aquil.* Etiamſi gratis fecerit, *gloß. in d. l. 3.* Et mors ægri Medici inſcitiæ imputatur, *l. 53 ff. ad L. Aquil.* Atque propter illam ſæpè fuſtigatione vel relegatione punitur, *Carpz. Juriſp. Crim. p. 1. q. 15. n. 24.* Quod ſi dolo ægroto officiat, tanquam proditor habendus eſt, *Zachias l. 6. tit. 1 quæſt. 1.* Nec dubium eſt quin mortis pœnâ afficiendus ſit. Gravius enim eſt veneno extinguere, quam gladio, *l. 1. C. de Maleſ. & Math. Vide Geil. 2. Obſ. pr. 111. n. 27.* Dolus autem præſumitur, ſi tutioribus medicamentis præferat minus tuta, ſi medicamen-

camenta sint multum improportionata ægri naturæ, morbo, ætati, anni tempori, &c. Si generosa præsidia purgationem desiderantia, non prævia expiatione humorum dederit Denique si moveat aut catarticis utatur, ubi minimè convenit, *Zach. d. l. 6. tit. 1. q. 2. per totum.* Eventum morbi tamen non præstat Medicus.

Non est in medico semper relevetur ut æger,
Interdum doctâ plus valet arte malum.

Absolvetur itaque Medicus etiam in foro conscientiæ. Si (1) intra terminos professionis suæ manserit. (2) Satis peritus. (3) Satis diligens fuerit. (4) Ægrotum docuerit de hisce, quæ contraria sunt morbo illius. *Vide Geil. 2. Obs. 111. n. 15. Finckelthaus. Observ. 61. ibiq; allegati.*

Sectio XXVII.

Hoc profectò non leve est quod ægris à Medicis præstatur auxilium, & dignum quod auxiliari compensetur officio. *Æger.* (1) Itaque ægri est medicum honorare *Syracid. 38. c. 1.* *Honor.* Quid mirum? Salutem ægri agit medicus, & ideò liberalium artium Professoribus præponitur ab Ulpiano *in l. 1 §. Medicorum. ff. de Var. & Extraord. cognit.* Hodie Medicinæ DD. etiam Nobilibus & egregiis Viris accensendos esse, communis est opinio. *Hillig. ad Don. lib. 24. c. 14. lit. N. Tiraquell. de Nobilit. c. 31. ibique allegat. Vid. Zachiam lib. 6 tit. 3. q. 4. n. 25.* (2) *Obedien[tia]* Medico obedientia debetur, reluctans etenim æger impunè deseri potest, ut supra dictum. Imò furiosus appellatur qui ipsis non obedit. *Tiraq. de Nobilit. c. 31. n. 529.* (3) Debetur eidem gratitudo, *Syr. d. c. 38. l. 9. Cod. de Professor. & Medicis.* *Gratit[udo]* Illud ex publico etiam à Decurionum ordine decernendum est, *l. 1. ff. de Decret. ab*

ord. faciend. tantumque meretur favorem, ut ſive nihil ſive in certum promiſſum ſit, de eo tamen extra ordinem cognoſci debeat, *l* 1 §.1 *ff de Extraord. cognit* formam libelli pro conſequendo ſalario ponit Cynus hanc: Dico quod fui Medicus tuus in tali morbo & ſecundùm perſonæ meæ conditionem & conſuetudinem bene merui habere centum. Quare, &c *Cyn. in auth. Dos data. C. de Donat. ante Nupt.* Alii putant eo caſu duplici opus eſſe libello, primo, quo petitur ſalarium à Judice conſtitui: altero, quo petitur ſalarium adjudicari. Sed vitandi ſunt circuitus illi, *l. Dominus. ff. de Cond. indeb.* Q. An id quod medico debetur ſalarium, ſaltem pro curâ in morbum poſtremum defuncti, habeat etiam eandem prærogativam, quam habent impenſæ funeris? Affirm. *Berlich. p.* 1. *concluſ.* 64. *num.* 99. *Rol. à Vall* 1. *conſil.* 14. Pfeil. *conſil.* 27. *n.* 8. *aliique relati apud Finckelthauſ. Obſ.* 98. *num.* 3. *per text. in l.* 3. *&* 4. *C. de Relig. & ſumpt. fun.* Diſſent. Finckelthauſ. *d. l. n.* 19. Q. Num Medicus, qui pactâ mercede promiſit quem liberare à podagra, morbo quidem ſublato, ſed poſtea recurrente, teneatur eundem poſtea ſine mercede curare? Negat id Bartolus *in l. Maritus.* 59 *ff. Locati.* ex ratione iſtius legis, ubi negatur architectum teneri, ſi rectè extructum, poſtea corruat ædificium. Hunc ſequuntur *Guido Papæus deciſ.* 394 *n.* 2 *Tholoſ. Syntagm. lib.* 18 *c.* 25. *n* 7. *& alii.* Q. An Medico forenſi ad diurnum ſalarium conducto, debetur etiam aliquid pro itinere? Aff. *Speckhan cent.* 2. *q* 25. Quantum datum ſit? docet *Idem cent.* 1. *q* 27. An in principio, medio, vel fine curæ? *Vide eundem cent.* 1. *q.* 26. Cæterùm à pauperibus nihil petere poteſt Medicus, non tantùm ex communiſſimâ ſententiâ Canoniſtarum &

Legi-

Legiſtarum, quos citat *Vincentius Carocius de Locat. & conduct p. 2. Rubr. de Medicis. q. 3. n 5. & ſeqq.* Sed & Hippocratis aliorumque Medicorum, quos recenſet Zachias *lib 6. tit.* 1 *q.* 8. *n* 8. Pauper autem intelligitur, qui non habet unde vivat, *Geil* 1. *Obſ.* 43. Imò ad quaſcunq; implorationes pauperum Medicus non tantùm ipſis mederi, ſed & ipſi elargiri tenetur, ſecundum *Codronch. Rodericum à Caſtr. & alios apud Zach. d. l.* Qui tamen id non abſurde limitat, ſi (1) Periculum ſit magnum. (2) Alius non adſit qui curet. Nec (3) is, qui mercedem ſolvat. Imò ex comm. DD. opinione tenetur etiam nolenti auxilium medelæ ſuæ gratis conferre diviti, aut avaro, qui, ut mercedis exſolutionem evitet, curari recuſat. Rectè tamen poſt curam mercedem petunt. *Caroc. d l q* 2. *n.* 4. *Zachias d. l. n.* 13. Illud expediti juris eſt, quod Medico de ſalario non liceat paciſci cum ægroto, *textus in l. Medicus. ff. de Var. & extraord. cognit. l. Archiatri. C. de Profeſs. & Med.* Ratio eſt, quod jura noſtra non præſumunt integrum conſenſum in ægro, quidlibet promiſſuro ei, cui juxta ſtrictum illud: Impune occidere licet, quiq; urendi & ſecandi jus habet. Quid ſi Medicus (quod maximum malorum Medicorum malũ, ex conclamatâ avaritiâ oriundum, dicit *Zachias lib.* 6. *tit* 1. *q.* 6 *n* 10) morbum protrahat? Eo caſu manifeſtus fur eſt, & mercedem reſtituere tenetur, *Zach. d. l. ibique allegati.* Sic obiter vidimus auxilium, quod Medicus ægro, quodque hic illi debet. Cætera de Medicis quæ ſint jura, vide apud Tholoſan. Zachiam, Speckh. Finckelthauſ. aliosq; ſupra allegatos.

An Medic[i] liceat pac[iſci] cum æg[ro].

SECTIO XXVIII.

Debent ſibi etiam auxilium Collegæ. Dicuntur au- *Colleg[æ].*

tem Collegæ quaſi una lecti. *Varro. 5.* Veluti Magiſtratus, qui magiſtratu in eâdem funguntur curia, *l. 3. C. de Magiſtrat. conven.* Vel qui in alio officio ſibi juncti ſunt, uti contutores, concuratores, *l. 14* l. 40 § 6 *ff. de Adm: tut. l. 7. ff. Rem pupill. ſalv. for. l 3. C. de Probat.* Qui eâdem legatione funguntur, *l. 2 C. de Legat. lib* 10 Qui de eodem quovis alio licito ſunt Collegio, *l. 41. in fin. l. 42. l. ult ff de Excuſat. tut. l. ult. C. de Hered. Decur.* Unde & collegiati dicuntur, *l. 9. C de SS. Eccleſ. l pen. C. de Commerc. l. un. C de Collegiat. lib* 11 *tit.* 17 Quin & coheredes, *l.* 101. *ff. de Solut.* Ex quibus apparet, licet quidem collegium, corpus & ſocietas in jure diſtinguantur, *l. 1 ff. Quod cujusque univerſit.* ita ut corpus & collegium ut plurimum dicatur, ubi ſimul cohabitant collegiati, ſocietas vero cum non cohabitant, *gloß in d. l 1. ff. Quod cujusque.* Sæpè tamen generalius etiam collegas dici, quomodo & nos hîc accipimus, ita ut etiam quamlibet intelligamus congregationem pro Juſtitiâ conſervandâ, religione promovendâ, aut ſimili virtute. Nam & quinque vel ſex ſcholares in uno hoſpitio agentes ſyndicum conſtituere poſſunt, *Gloß in d l* 1. *verb. Aliorum ff. Quod cujusque univerſitat.* Vide omninò hîc *Petr. Gregor. Tholoſan. Syntagm lib.* 15. *c.* 32. *per tot.* Quos ergò talis dignitas officiumve aut res alia communis conjungit, hi ante omnia conjunctis viribus id agere debent, ut totius collegii ſalutem promoveant, perinde ac ſi quisque cauſam propriam ageret. Undè etiam dubitatum eſt, an collegiatus pro collegio poſſit teſtimonium dicere. Quod tùm demùm poteſt, ſi alii teſtes deſint, & ex cauſa ad ſingulos non redeat utilitas, *Weſembec. ff. de Teſtib. & plenè Maſcard. de Probat. vol. 1.*

concluſ.

concluſ. 318. Et collegium morienti collegæ ſuccedit præ fiſco, *Bart. & Bald. in l.* 1. *C. de Hereditat. decurion.* Quousque autem id verum ſit, *vide Perez. ibid.* Ad obtinendam collegii ſalutem datur ei in collegas Jurisdictio quædam, *de qua in l. fin. C. de Iurisdict. omnium jud. & R. I.* 1654 § 100. Wie nun ſolches. Hæc ſunt quæ ipſi collegio debentur à Collegiatis. Hiſce contra multæ ſæpè, immunitates, ſalaria, defenſio, & alia, à collegiis pro variis eorundem ſpeciebus variè debentur. An verò collegiati recipiant partem de rebus collegii, pleniùs tractat Bartolus *in l. fin verſ. Quæro. coll 6. ff. de Colleg. illicitis.* Plura de Collegiis qui volet, videat apud DD. *in d. t. ff de Colleg. illicitis. & ad l.* 1 *ff. Quod cujusq. univ. adde Tholoſan. d. l. per tot.* Nos nunc videbimus auxilium quod collega debet collegæ. Et quidem utilitas communis obtineri non poterit, niſi adſit concordia (de quâ vide ſupra Sect. V.) & mutuus amor. Eſt enim inter hoſce fraternitatis aliquod jus, *argum. l.* 58. *ff. de Hered. Inſtit. Tholoſan. Synt. lib.* 17. *c.* 4. *n.* 27. *Speculat. de Reſcript. præſent.* §. 5. *verſ. Sed an pro canon. & de Renunciat.* §. 2. Et ſocii ſplendor juvat ſocium, *Bart. in l. Si quis.* 1. *ff. de Edendo. Panormit ad c. Ad audientiam. X. de Præſcript.* Hinc nec alter alteri honorem officiumve invidere debet. Nam & jure Canonico collationes in viventium locum prohibitæ ſunt, *c.* 1. & 2. *X. de Conceſſ. præbend. c. Ne captandæ. c. Deteſtandæ. in* 6. *eod.* Qui contrà facit ab Eccleſiæ communione repellitur, *d. c.* 1. & deponitur, *c. Eum qui. Cauſ.* 7. *q.* 1. *c. Primis. cauſ.* 2. *q.* 1. *adde c. Quod autem. X de Iurepatron.* Imò qui vivo Collegæ Magiſtratum abſtuliſſet, Divos ſummopere læſiſſe, nec ideò ultra annum vivere poſſe Romæ credebatur. Et inter prodigia tempore Conſulatus Concordia

Marci

Marci Lepidi habitum fuit, quod Titius Prætor propter dissensiones Collegæ Magistratum abrogavit. Teste Cuspiniano ad Consular. fastos Cassiodori, dum agit de M. Lepido. Nec Romæ vivo Pontifici Pontificatum adimere licebat, *Dio Cass. lib. 49. adde Thollosan Synt. lib. 41. c. 3.*

...a fides. (2) Secum invicem bonâ fide agere debent, *arg. l. 35. in fin. l. 52. §. 1. ff. Pro socio.* Et (3) Collega pro eo qui vel absentia vel morbo impeditur collega, labores suscipere & munus exequi tenetur. Sic Pastores vicinos vicinorum officiũ exequi videmus, *vid. Carpz. Jurispr. Consistor. lib. 1. tit. 10. def. 167.* quo casu tamen etiam honorarium ut interveniat, æquum putat, *Carpz. d. tit. 10. def. 163.* (4) Sumptus quos unus Collegarum fecit nomine collegii alter pro quotâ suâ refundere tenetur, *l. un. C. de Sumpt. injunct. ibiq; Perez. l. 1. & 2. ff. ad L. Rhod. de Iact.*

...collega ...ersonâ ...eg. conv. Q. An collega ex persona collegæ sui possit conveniri? Affirm. Nisi probaverit tempore finiti officii collegam fuisse solvendo. *textus in l. Ex persona collegæ. 2. C. de Probat. ibique Gothofred. l. 51. §. 1. ff. de Fidejussor.* Hæc generaliter dixisse sufficiat de auxilio, quod Collegæ debent collegis.

...inus. Cæterùm collegis non absimiles sunt ii, quos vicinitas eadem colligatos tenet. Nam & hi pro sociis habentur, *Speculator de Iudiciis. §. 2. vers. Dicitur enim.* & sibi invicem ad mutuum tenentur auxilium. Dicuntur autem vicini quorum habitationes ita conjunctæ sunt, ut alter alterius vocem exaudire possit, *l. 1. §. Eodem autem tecto. ff. ad SC. Syllan. Schneidw. ad §. Quædam actiones. in action. fin. regund. Inst. de Action.* quique habent possibilitatem conversandi. Nec enim in domo incarceratus, nec is vicinus est, cujus domus introitus in

diver-

diversis locis & viis est, *Bart. & Bald. in l. Si tertius. 6. ff. de Aqua & aq pluv. arcend. act. Bart. in l. 3. §. Surdus. ff. ad SC. Syllan.* Hæc quidem descriptio Vicinorum nostro proposito non inconveniens est, attamen sæpè Vicinitas aliunde æstimatur, *Speid. in Specul. in Voce* Nachbar/Nachbarschafft. *vers. Cæterum.* Et Baldus scribit id in arbitrio Judicis esse, *Bl. in l.* Si *vicinis. C. de Nupt. & in l. pe. de Expensis. vers. Quis locus.* Sed videamus, ut Vicinus succurrat Vicino. Et quidem Vicinus Vicino tenetur exhibere bonam vicinatiam, ut barbare loquitur Florentin. *in l. Imperatores. ff. de* Servit. *Rusticor. prædior.* Er muß gute ehrliche Nachbarschafft halten. Non ergò potest artem fœtidam & Vicinis molestam exercere in ædibus suis. *l. 2. §. Idem ait. ff. Ne quid in loco publ. Cæpolla de Servitut. Urban. c. 59.* Nec invitis vicinis meretrices potest tenere. *Novell. 14. Leon. Guilhelmus de Cuneo in l. 2. C. de Summ. Trinit. C·polla de Servit. pascend. q. 6.* Multo minus ei convenit, ut Vicini sui gallinas in domo sua includat, quo casu furti tenetur, *Bart. in l. Qui ea. ff. de Furt.* Quin potius id aget vicinus in omnibus, ne vicinus sui occasione damnum aut molestiam sentiat. Unde & inclinantem murum erigere tenetur *l. Si cum meus. & l. Si quæstio. ff.* Si *servit. vend. Cæpolla de* S. *V. P. q. 59.* quæ cum rariùs observentur meritò Columella ait: Vicinitatem in omnibus rei familiaris referre partibus. (2) Vicinus vicinum ab injuria tenetur defen- *Defensio.* dere, adeo quidem ut si id negligat, cum possit injuriantem fovere, & culpæ particeps videatur, *c. Dilecto de Sentent. in 6. Abb. in c. Cum non ab homine de Iudic. n. 13.* Vicinique vicinum in possessione molestatum armis juvare possunt, *Schneidw. ad tit. Inst. de Satisdat. n. 8. lit. h.* Et si citandi copia non datur interrogandi sunt vicini, si

 velint

velint vel absentem defendere vel utrum notitiam ejus habeant, *arg l. Ergò ff. Ex quib caus. Maior l. 4. § Praetor. ff de Damn. infect. Speid l. d. l.* (3) Vicinus vicino carenti via ad suum fundum eandem constituere tenetur, *l. fin ff. de Servit. rustic. praed. l. 14. §. fin. ff de Legat. 1 Speidel d. l. ibique Mauser* (4) Et si in re propriá quilibet suae utilitati etiam cum alterius incommodo studere possit, *l. 8. §. Aristo. ff. Si servit. vindic. l. 24. § ult l. 26 ff de Damn. infect. l. 1. §. Denique l. 21 ff de Aq. & aq. pluv. arcend.* Unde quilibet in suo fodere, venas aquae praecidere, aedes extollere, lumen avertere potest, *Carpz. p. 2. Constit. 41 def. 11. n. 6. ibique allegati.*

Via.

An liceat adific. in prop. solo ad aemul. vicini. Ad aemulationem tamen vicini in suo pariete fenestras facere, in proprio territorio fortalitium aedificare aut simile quid peragere non licet, *l. Opus novum. ff de Oper. publ c. P sanis. in fin. X. de Restitut. spoliator. Geil. 2. Obs. pract. 69. n. 17. ibique Fabrit. Sect. 2 Carpz. d. Const. 41 def. 12. per tot. Andreas Rauchbar. part. 1 quaest Iur. Civil. Saxon. 27 adde Treutler. v. 1. disp. 17. th. 3. lit. A. ibique Bach. Limneus de Iur. publ. lib 4. c 8. Klock. tom. 1 consil. 10 n. 466.* (5) Aliquid mali cogitur pati Vicinus propter vicinum malû. *Plaut. in Mercatore Gloss. in c. Super specula. 28. X. de Privileg.* Sodomae vicinae Urbes simul deustae sunt. *c. Sed & continuo. de Paenitent. dist. 1.* Et Dioecaesis propter vicinam subjacet interdicto *Clem. 1. de Paenis.* Hinc Et, ut si quis in vendendo praedio reticuerit vicinum, propter quem emptor probabiliter rem non emturus fuisset, venditor ad interesse teneatur, *textus in l. Quod saepè. 35. § fin. ff de Contrah. empt. ubi vide Gotfred.* Ex eadem ratione (Ne scilicet quis cogatur quemcunq; novum forte rixosum & improbum admittere vicinum) profluxisse autumo illam diversis in locis consuetudinem, secundum quam

Vicinus jure retractus utatur, Daß er wegen der Marck und an-grenzung die Losung habe. Ita quidem ut præferatur Consanguineo, potiusque sit jus vicinitatis, quam sanguinis, quod pluribus prosequitur Besoldus *p.6. consil. 277. n.25. & seqq. ibique Tiraqu. Afflictus. & alii.* (6) Vicinus Vicino de incendio tenetur, si culpa ejus ortum sit, *l. Qui occidit. § In hac. ff. ad L. Aquil. l. Si servus. §. Si fornicarius. eod. l. Qui ædes ff. de Incend. ruin. naufrag. Geil. 2. Obs. 22. n. 2.* Secùs si casu fortuito fiat, *l. Incendium. C. Si cert. pet* quod in dubio præsumitur, *l. 5 § 4. ff. Commodat. l. 23. ff. de Reg. jur. l. pen ff. de Incend. ruin. naufr. Carpz. I. F. p. 2 Constit. 26. def. 8. Geil. 2. Obs. 21. ibique Fabrit.* Dissentit *Sixtin. vol. 3. Consil. Marp. 7. n. 87. aliique per l. 3 §. 1. ff. de Off. Præf. Vig. l. 11. de Peric. & com. R. V. sed respondet Rittershus. ad l. 23. ff. de R. I. c. 6. adde Hahn ad Wes. de Offic. Præf. Vigil. ibiq; alleg. Treutl. v. 4. disp. 29. th. 6. & 18. ibiq; Bachov. Harpr. in §. 13, Inst. de Lege Aquil. n. 9.* Sed quid si Vicini ædes quis destruxerit ad quas ne ignis quidem pervenit, an ne Vicino reparatio debetur? Negat id Geil. *d. Obs. 22. n. 3. per text. in l. 49. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. 7. § 4 ff Quod vi aut clam.* eumque sequitur Scotan. *in Exam. jurid. ff. ad L. Aquil.* Quod si tamen ædes nondum incensæ pro communi vel unius salute fuerint dirutæ æquior est sententia eorum, qui reparationem volunt. *per d. l 7. § 4. ff. Quod vi aut clam. Vide Harp. d. l. n. 6. ibiq; alleg Berlich. Farinac. & plurimos alios.* (7) Denique Vicini communia onera ex æquo ferre tenentur, *arg. l. 1. & 2. ff. ad L. Rhod. de Jact. Harpr. d. l.* Omnes ergò ad puteum in vicinia reficiendum tenentur, *Dyn. in l. Imperator. §. Si centum. de Legat. 1. Cæpoll. de Servit. U. Præd. c. 47.* Etsi unus ex vicinis velit renunciare usui aquæ, *Bald. in*

l.pen. in fin. C. de Condit. insert. Alex. in l. Is cum quo. ff. de Aq. & aq. pluv. arcend. Atq; hæc sunt, quæ inter Vicinos communicantur auxilia.

Sectio XXIX.

raneus. Tantem adjiciemus auxilium, quod Extranei solâ humanitate conjuncti sibi invicem præstare debent. Atque hoc ex Prolegomenis hujus Disputationis nostræ facilè æstimari poterit. Jllud addendum restat: Quod etiam extraneus alium in periculo mortis constitutum quovis modo liberare & defendere (dummodo absque ipsiusmet periculo fieri potest) teneatur. *Decius cons.* 469. Ad hoc n. charitas Christiana nos obstringit quæ jubet proximum diligere ac se ipsum. Natura inter homines cognationem quandam constituit *l. 3. ff. de just. & jur.* nulla alia de causa, nisi ut alius alium juvet. Si ergo auxilium tuum impertiri possis & negligis, videris injuriantem fovere ac particeps esse ejus culpæ *arg. l. 50. l. 109. ff. d. R. I. l. 1. §. 18. ff. ad Sctum. Sill. l. 6. §. pen. ff. de Re. milit. cap. dilecto. 6. de Sentent. Excom in 6. cap. non inferenda. cap qui potest caus. 23. quæst. 3. Covarruv. in cap. peccatum. 4 p. 2 § 3. n. 3. de R. I. in 6. Gomez tom. 3. var. resol. cap. 2 n. 9. Vasq 1. controv. 19. n. 5 Less. cap. 9 dubit. 23. Vivius. l. 1. Com. opin. verb defendere ff. nsum. Bachov. th. 6. l. t. I. Phil. Math. d. l. 50. num. 15 & seq. Wissemb. disp. 2. ad Instit.* Dissentit Bartolus. *in l. metum. 9. §. 1. vers. & licet. num. 2. ff. quod metus caus.* Sed Baldus ait. Bartoli animam proterea adhuc hodie in inferno excruciari. *Bronchorst.* Excusari tamen facile potest Bartolus, qui ratione præcepti juris civilis (quale de auxilio hacce nullum habemus) locutus est.

Sectio XXX.

uxilium icitum. Quanquã in definitione nostrâ superius datâ õe auxiliũ illicitum excluserimus, nõnulla tamen de eodẽ nos adjecturos esse polliciti sumus, quod hac Sectione paucis præ-

mur. Eſt igitur auxilium illicitum, quod vergit in alterius damnum & proterea jure vetitum eſt. Et hoc in delictis præſtatur I. Suppeditando ferramenta *l. pignore §. ferramenta. ff. de Furt.* in dubio tamen non præſumitur, ut quis eo animo ut cum his delictum committeret, commodaſſe. II Conferendo pecuniam ad maleficium committendum *Bart. in l. cujus in 2. no. ad L. Iul. Majeſt.* III. Concedendo domum ad commodò loquendum de delicto & ad ſe reponendum in eâ pro delicto committendo, *l Etſi amicis. §. 1 ff. de adul.*. IV. Acclamando contra eum, qui offenditur *l. 2 §. Tuliſſe ad SCtum Sillan. Inno. in cap. 1. de Homicid. Alex. in l. Is qui ff de Furt.* V. Huc etiam referri poteſt, qui mandat delictum; quomodo autem is puniatur, & quæ præterea de hac ſolent proponi quæſtiones, earũq; reſolutionem vide præ aliis apud *Carpz. pract. Crim. p. 1. q. 4. per tot. Harpr. ad §. 3. Inſt de Mandat. Tr ad tit. Mand ibiq; Bach. & apud hoſce allegat.* VI. Aſſociando *l. 1. C. de rap. Virg. per Bald. in l. 1. 2. col. in verb. dicitur aut conſulere. Cod. de Serv. fugit. l. raptores & ibi Bart. Cod. de Epiſc. & clericis.* VII. Ad juvando eum, qui deliquit ad evadendum. *Bart. in l. in furti. §. 1. ff. de Furt.* addit quod præſtans opem poſt factum nó teneatur de auxilio, niſi ante factum præſtaverit ſpem futuri auxilii ſui animando eum, vel receptando ſcienter, *l. 1. ff. de recepta.* VIII. Non defendendo occiſum cum potuit. *Bald. in l. 1 col. 4. in verb. Item qui rixam. Cod. de ſerv. Fugit. & cap. ſicut dignum. 6. x. de Homicid.* ubi dicitur: qui potuit hominem liberare à morte & non liberavit, eum occidit. Ejusmodi auxiliatores pro ratione auxilii varii, variis pœnis afficiuntur, Ante omnia vero ut auxiliator quis verè dicatur, requiritur (1) ut ſit in dolo *l. Sæpe in fin. de V. S.* eoq; animo fuerit, ut auxilium tali delicto daret, non ſi caſu a-

liter postea committatur delictum, quia assistens no dicitur auxiliator. Et sic accipiendum est, quando dicitur auxilium præstare, qui stat armatus cum delin quente etiamsi nihil faciat, quod sc: hoc procedat, si sc enter & dolosè fecerit, secus si ignoranter, vel per erro rem aut casualiter & incedéter; nam cum dolo caret, no punitur, nullus igitur de auxilio cooperativo plectendu est, nisi dolus adfuerit. Hic auté in dubio nó præsumitu nisi probetur, ut notissimi juris est. Quomodo verò co scius delicti tantùm puniédus sit docet Carpz *in Prac crim. p.1. q.11. n.55. & p.3. q.134. n.60.* ubi quomodo p niatur, qui conscius, simulque particeps delicti docet dem *d. q.134. & d. q.11. n 44.* Et auxiliatores eade pœna afficiendos esse cum Principali tradit, *p.1. q.42. 67. & q.22. n.31. p.1. q.37. n.59.* & limitat *n.61. adde undem p.2. q.87. n.16.* ubi de auxiliatoribus furum, & *89. n.56.* ubi in specie de auxiliatoribus sacrilegoru Temporis aliæq; rationes calamum hic sistunt. Tu ita benevole Lector, hæc quæcunque de auxiliis dicta æq bonique consule & si forte methodus haud plac aut plus minusve dictum videtur, aut si quid desideras liud, excusationi locum da. Nam in tantâ materiaru quæstionumq; varietate (ubi sæpe abundantia, sæpe gustia molesta, tempus huic compositioni co cessum admodum breve, nec singula pressius lamben nec inter tantas difficultates exactum systhema scrib di, sed tantùm qualemcunq; discursum publicæ disqu tioni destinandi animus mihi fuit) nitidius quidpi exarare non licuit. Vale.

COROLLARIA.

1. *Sponsiones Iure Civ. facere non licet nisi virtutis causa fiant.*
2. *De muliere itaq; gravida si marem an fœmellam sit editura sponsion facere no*
3. *Adamum & Evam umbilicis caruisse probabile est.*

SOLI DEO GLORIA.